



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

BIBLIOTHECA
SCHOLOM ORAZORUM
ET PROFESSORUM
FACULTATIS

UC-NRLF



\$B 255 234

METROLOGIA SCRIPTORES
ROMANI

1917

DR. WILLIAM



1917

OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

	geh.	geb.	geh.	geb.
	M. J.	M. J.	M. J.	M. J.
Phaedrus ed. Müller	— 30	— 60	Sidonius Apollinaris ed. Mohr	4. —
Philodemi de musica libri ed. Kemke	1. 50	2. —	Sili Italici Punicæ ed. Bauer. 2 voll.	4. 80
voll. rhet. ed. Sudhaus. 3 vil. Sppl.	11. —	12. 60	Simæo Sethus ed. Langkavel	1. 80
Philostratus de opif. mundi ed. Reichardt	4. —	4. 60	Sophocles ed. Dindf.-Mekler. Ed. min.	1. 85
de aetern. mundi ed. Rabe	10. —	10. 80	— Ed. maior	1. 65
Philostrati opera ed. Kayser. 3 voll.	8. 25	9. 25	Singulae tragoediae	— 30
imagg. edd. Benndorf et Schenkl	2. 80	3. 30	[—] Scholia vetera ed. Papageorgius	4. 80
Physiogn. scr. rec. Foerster. 3 voll.	14. —	15. 20	Soranus ed. Ross	4. 80
Plindarus ed. Christ. Ed. II.	1. 80	2. 30	Statius edd. Klotz, Kohlmann. 2 vil.	7. 55
Plato edd. Hermann-Wohlrab. 6 voll. (= 15 fasc.)	10. 50	13. 60	— III. Lactant. Plac. ed. Jahns	8. —
Plautus edd. Goets-Schoell. Fasc. I.			Stobaei floril. ed. Meineke. Vol. IV	2. 40
Amphitruo. Asinaria. Anularia	1. 50	2. —	— eclogae ed. Meineke. 2 voll.	6. —
— II. Bacch. Capt. Casina	1. 20	1. 60	Strabo ed. Meineke. 3 voll.	7. 80
— III. Cist. Curc. Epidicus	1. —	1. 40	Suetonius ed. Roth	1. 50
— IV. *Men. Mero. *Mil. gl.	1. 50	2. —	Syrianus ed. Rabe. 2 voll.	3. 20
— V. *Most. Persa. *Poen.	1. 50	2. —	Tacitus ed. Halm. 2 voll. Ed. IV	2. 40
— VI. *Pseud. *Bud. Stich.	1. 50	2. —	Vol. I. Annales. Uterque fasc.	— 75
— VII. *Trin. Truc. Fragm.	1. 50	2. —	Vol. II. Fasc. I. Historiae	— 75
— Suppl.: de Pl. test. metr.	— 45	— 75	Vol. II. Fasc. II. Germ., Agric., dial.	— 45
Sing. comœd. (*not. — 60. geb. M. — 90; rel.)	— 45	— 75	Terentius ed. Fleckesen. Ed. II.	2. 10
ed. Fleckesen. Vol. I. II.	2. 70		Singulae comœdiae	— 45
Plinius epistolae ed. Kell.	1. 20	1. 60	[—] Ed. I.	1. 20
libb. dub. serm. rell. ed. Beck	1. 40	1. 80	[—] Scholia ed. Schlee	2. —
nat. hist. ed. Jan-Mayhoff. II—VI	22. —	24. 70	Testamentum , novum, Graece ed. Buttmann. Ed. V.	2. 25
Plinius et Gargillus Mart. ed. Rose	2. 70	3. 10	Themistius ed. Spengel. 2 voll.	6. —
Plotinus ed. Volkmann. 2 voll.	9. —	10. 10	Theodorus Prodrômus ed. Hercher	— 50
Plutarchi vitae ed. Sintenis. 5 voll. (= 14 fasc.)	8. 40	10. 90	Theon Smyrnaeus ed. Hiller	3. —
— moralia ed. Bernardakis. 7 voll.	28. —	32. 20	Theophrastus ed. Wimmer. Vol. III	2. 40
Poet. Lat. min. ed. Baehrens. 6 voll.	20. 10	23. 40	Theophrasti historiae ed. de Boor	6. —
— Rom. fragm. ed. Baehrens	4. 20	4. 80	Thiofridi vita Willibr. ed. Rossberg	1. 80
— Latin. eclogae ed. Brandt	1. —	1. 40	Thucydides ed. Boehme. 2 voll.	2. 40
— Graec. eclogae ed. Stadtmüller	2. 70	3. 20	Tibullus ed. Müller	— 30
— Anth. a. röm. Dicht. v. Mann	— 60	— 90	Tryphiodorus et Colluthus ed. Weinberger	1. 40
Polemon ed. Hinck	1. —	1. 40	Ulpianus ed. Huchke. Ed. V.	— 75
Polyaenus edd. Wöflin-Melber. Ed. II	7. 50	8. —	Valerius Flaccus ed. Baehrens	1. 50
Polybius edd. Büttner-Dindorf 3 voll.	10. 80	12. 60	Valerius, Iulius , ed. Kuebler	2. 70
Pomponius Mela rec. Frick	1. 20	1. 60	Valerius Maximus ed. Kempf	4. 50
Porphyrion ed. Meyer	4. 20	4. 80	Varronis rer. rustic. libb. ed. Kell	1. 50
Porphyrion opp. sel. ed. Nauck. Ed. II	3. —	3. 50	Vegetius ed. Lang. Ed. II.	3. 90
Priscianus, Theodorus , ed. Rose	5. —	5. 60	Velleius Paterculus ed. Haase	— 60
Proclus ed. Friedlein	6. 75	7. 30	— ed. Halm	1. —
— ed. Kroll. Vol. I.	5. —	5. 60	Vergilius Maro ed. Ribbeck. Ed. II	1. 50
— Vol. II.	8. —	8. 60	— Bucolica et Georgica	— 45
Propertius ed. Müller	— 60	— 90	— Aeneis	— 90
Ptolemael, Cl. , opera. I. Syntax. math. ed. Heiberg. P. I.	8. —	8. 60	— ed. Gütthling. 2 voll. Vol. I.	— 90
Quintilian inst. ed. Bonnell. 2 voll.	2. 40	3. 25	Bucolica et Georgica	— 45
— lib. X ed. Halm	— 80	— 60	— Vol. II. Aeneis	— 90
— declamationes ed. Ritter	4. 80	5. 40	Virgilius gramm. ed. Huemer	2. 40
Quintus Smyrn. ed. Zimmermann	3. 60	4. 20	Viror. clar. ep. ed. Weber	2. 40
Rhetores Graeci ed. Spengel. 3 voll.	9. 60		Vitae sanct. IX metr. ed. Harster	3. —
Ruhnkeni elog. Hemsterh.	— 45	— 75	Vitruvii de architectura libri X. Iterum ed. V. Ross	5. —
Rutilius Namatianus ed. Müller	— 75	1. 10	Xenophontis expeditio Cyri ed. Gemoll. Ed. min.	— 75
Sallustius ed. Eusner	— 45	— 75	— ed. Gemoll. Ed. maior	1. 20
Scæen. Rom. poes. frgm. ed. Ribbeck. Ed. III. 2 voll.	9. —	10. 20	— hist. Graeca ed. Keller. Ed. min.	— 90
Scribonii Largi comp. ed. Helmreich	1. 80	2. 20	— institutio Cyri ed. Hug. Ed. minor M. — 90. geb. M. 1. 30. Ed. maior	1. 50
Senecae opp. philos. ed. Haase. 3 vil. (= I. 2) de benef. de elem.	8. 10	10. —	— commentarii ed. Gilbert. Ed. min. M. — 45. geb. M. — 75. Ed. maior	1. —
— ed. Hostius	2. 40	2. 80	— scripta min. ed. Dindorf. 2 fasc.	1. 35
— (III) epistolae ed. Hense	5. 60	6. 30	Zacharias Rhetor , Kirchengesch. v. Ahrens u. Krüger	10. —
— scripta rhetor. ed. Kiessling	4. 50	5. —	Zonaras ed. Dindorf. 6 voll.	19. 50
Serenus ed. Heiberg	5. —	5. 50		

METROLOGICORUM SCRIPTORUM
RELIQUIAE.

COLLEGIT RECENSUIT PARTIM NUNC PRIMUM

EDIDIT

FRIDERICUS HULTSCH.

VOLUMEN II

QUO SCRIPTORES ROMANI ET INDICES CONTINENTUR.



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXVI.

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PA3403

M6

1864

V-2

MAIN

PRAEFATIO.

Postquam ad prius volumen praefationem scripsi, in qua ea quoque subsidia enumeravi quae iam ad hanc alteram partem edendam collegeram, auxi eum apparatus Guelferbytanae bibliothecae copiis quas aestate superioris anni adii. Praeterea GUILIELMUS CHRIST, vir studiorum similitudine mihi coniunctissimus, tribus commentariis quos infra suo quemque loco laudabo multa et egregia ad nonnullas res difficiliore illustrandas contulit. Sed iam singula quaeque persequar.

108. 109. Varronis librorum de lingua Latina reliquias quae nunc exstant omnes constat fluxisse e codice Florentino illo saeculi XI (F), quem olim contulit Petrus Victorius. Eundem cum nuper descripsisset H. Keilius idque apographum concessisset L. Spengelio, hunc precibus adii, ut ad eos locos quos in hunc librum recepturus essem variam Florentini scripturam ex illo apographo mihi adnotaret. Respondit petenti vir egregius paratissimo animo misitque mihi ad locum de agrestibus mensuris (V, 34 s., nobis fr. 109) ipsius Florentini scripturam; ad alterum autem locum (V, 169 ss., fr. 108), qui in Florentino nunc desideratur nonnullis foliis abscissis posteaquam Victorius eo usus est, adnotavit varietatem alius cuiusdam codicis a Keilio collati, qui accuratissime ex ipso antiquo Florentino descriptus est (N). Atque haec quidem per litteras Spengelius mecum communicavit; praeterea rationem habui eius commentarii quem idem de libris Varronis emendandis scripsit: *Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de lingua Latina. Abhandl. d. Bayer. Akad. I Cl. VII Bd.*

II Abth. 1854 (quem librum significavi nota *Spe*). Nec ad locum de agri mensuris omisi ea quae Lachmannus in *Mus. Rhen.* II p. 356 ss. (*La*) exposuit. Denique adnotavi varias scripturas quae apud Priscianum in libro de figuris numerorum (§ 15 s.) inveniuntur (*Prs*), ubi usus sum editione Keilii. Nec tamen persuadere mihi potui omnia quaecumque apud Varronem leguntur omissa a Prisciano ob eam ipsam causam Varroni abiudicanda esse. Nam extrema quidem Varronis verba (§ 174 *quod libram* cet.) iniuria sive Priscianus omisit sive librarii eius, quam negligentiam etiam aliis locis commissam esse consentaneum videtur. Et alioquin nonnulla errata sunt apud Priscianum quae recte habent Varronis libri. — In fr. 109 p. 51, 12 certa coniectura correxi *esse p.* id est *pedes* ex Florentini scriptura *esset*. De compendio *p.* conf. p. 54, 10. 55, 14 ss. 58, 27. 59, 23, denique legem parieti faciundo in C. I. L. vol. I p. 577.

110. Varronis locum de agrestibus mensuris qui legitur in libro de re rust. I (cap. 10) vulgatae lectionis erroribus purgatum edere non potuissem, nisi insigni humanitate H. Keilius precibus meis satisfaciens ex uberrimo suo apparatu Varroniano misisset mihi varias scripturas codicum Laurentiani LI, 4 (*L*) saeculi XV et Caesenatis bibliothecae Malatestianae (*M*) saeculi XV, quorum de origine atque auctoritate luculenter exposuit in *Observationibus criticis in Catonis et Varronis de re rustica libros*, quae prodierunt Halis a. 1849. Praeterea idem recte me monuit, ne omitterem variam scripturam codicis antiquissimi Florentini nunc perditum, unde omnes reliqui libri manu scripti derivati sunt. Quam scripturam olim adnotaverat Politianus ad marginem Venetae editionis scriptorum rei rusticae principis¹⁾; descripserat inde H. Brenemannus, quo apparatu tum Gesnerus usus est (v. eiusdem *Script. rei rust.* Lipsiae 1735 p. XX). Sed nuper Keilius — siquidem

1) Usus sum exemplo eius editionis Dresdensi, in quo desunt XII prima et II ultima folia, sed haec duo suppleta sunt manus scriptura. Leguntur in fine singularum partium, Catonis, Varronis cet.: OPERA ET IMPENSA IENSON — VENETIIS — M.CCCC.LXXII.

recte intellexi ea quae per litteras scripsit — invenit ipsum illud Venetae editionis exemplum Politiani notis nobilissimum, atque inde eas omnes descripsit. Quod exemplum quoniam vir praestantissimus tum cum ad me scripsit non in manibus habuit, dubitationem sibi relinqui significavit, an Politianus p. 52, 19 haberet '∞∞ C. & pedes hae', ubi in Veneta leguntur 'M. M. C. pedes. hae'. Omnino autem cum Politiani notae usui esse non possent sine Venetae comparatione, huius varietatem ubique adscripsi (*Ve*), et praeterea distinxī Politiani scripturam apud Gesnerum atque illam quam Keilius ad me misit notis *P^g* et *P^k*. Denique adnotavi etiam, ubi opus esse videretur, scripturam Gesneri et Schneideri (*Ge*, *Sch*, eorumque consensum *vulgo*). — P. 52, 11 ad *seu quid aliud* (sic enim emendandam esse censeo librorum scripturam *si quid aliud*) conf. Cic. de r. p. 1, 17, 29: *ut mihi Platonis illud, seu quis dixit alius, perelegans esse videatur*.

111. In recensendo Columellae loco qui est de agri mensuris gratissimam operam mihi navavit A. Nauckius ad caput I libri V ex codice olim Sangermanensi, nunc Petropolitano 207 varia scriptura diligentissime adnotata. Sic contigit ut hanc quamvis exiguam Columellae operis particulam ex vetustissimi illius libri auctoritate edere possem. Quae si quis cum Schneideri editione contulerit, vix eundem scriptorem hic atque illic legi dicat. Praeterea autem cognovi editionem principem Venetam, quae Iensoni studio prodiit (supra adn. 1), multo propius abesse ab illo Petropolitano libro quam vulgatam Schneideri scripturam. Ergo illis vulgatis erroribus omissis praeter Petropolitanum codicem (*S*) huius tantum editionis rationem habui (*Ve*), quo facto simul id assecutus sum, ut Politiani notas e Florentino quodam codice excerptas (*P*) adscribere possem. In varia Petropolitani scriptura si quae cursivis litteris expressi, ea in rasura posita sunt. — P. 54, 10 post *passus* librorum ductus variis modis corrupti sunt; sed genuinae scripturae vestigia servavit *S*. Nam quod ex hoc affertur *sunt campum*, olim fuit *SYNTEAMPV̄*, id autem facile solvitur in *sunt ea m(ilia) p(edum) V* (conf. scripturam Vaticanani p. 58, 27). — P. 54, 19 *possumus* ita quis tueri pos-

sit, ut infinitivum intercidisse dicat; verum apparet ipsum *possumus* alienum esse ab hoc loco et *posuimus*, ut vulgo, legendum esse. — P. 55, 2 nota Q pro VI et in Petropolitano codice saepius et in vetustissimo Isidori libro iis locis qui apud nos sunt p. 109, 13 et p. 121, 8 invenitur.

112. Vide Gromaticos veteres ex recensione Lachmanni p. 30. Codices sunt *A* Arcerianus, *E* Erfurtensis; *La* significat scripturam a Lachmanno editam, a qua ego nonnullis locis ita recessi, ut veterum librorum auctoritatem praeferrem. Figuras corruptas in *A* restitui.

113. Vide ibid. p. 94, 9—95, 10 et 96, 21—97, 13. Nam locum interpolatum qui p. 95 s. legitur separatim edidi (fr. 128).

114. Vide ibid. p. 121, 25 — 123, 10. Codices sunt Arceriani pars altera *B* et Gudianus *G*. Duobus locis nota trientis in libris corrupta est aut in I. L. (*B* p. 59, 24) aut in L (*G* ibid.) aut in II (*BG* p. 61, 1). Ubi Lachmannus expressit duplicatam illam sextantis notam quae similis est litterae *S* e contrario positae; nos dedimus *ZZ*, de qua notatione infra ad fr. 133 et extrema hac praefatione dictum est. — Ibidem p. 60 vs. 6 *sicut* librorum scripturam servavi ac postea *sicut videtur* interclusi, quo facto nulla offensio relinquitur. — Tum p. 60, 25 locum de quo iam paene desperaveram levissima mutatione sanari posse intellexi. Nam cum *B* habeat *p̄runiuero*, id solvi in *prodeunt vero*, reliquam autem Arceriani scripturam intactam reliqui. — Denique p. 61, 4 medimni aestimatio monetali mensura, ut recte Lachmannus adnotat, debet esse *iugerum unum, unciam, dimidium scripulum* ($= 1\frac{49}{576}$); atque id ipsum exprimere voluit Lachmannus, posuit autem pro dimidio scripulo dimidia sextulae, h. e. binorum scripulorum, notam, quod probari non posse apparet. Omnino autem alienum esse duco ullam dimidii scripuli notam coniectura effingere, quam nusquam inveniri expressis verbis scribit Maecianus (§ 39), nec vero ego usquam repperi. Nam de ponderibus quidem si agitur, dimidium scripulum est obolus: at quis sana ratione hoc Hygini loco oboli notam inculcare audeat? Sed tamen per

notas illam medimni definitionem ab Hygino scriptam fuisse codices testantur. Quid igitur relinquitur, nisi ut statuamus Hyginum, qui antea (vs. 1) in simili computatione unum scripulum omiserit (v. Rudorff. *Grom.* II p. 421), hoc loco pro dimidio scripulo posuisse totum scripulum, scripsisse igitur *monetali mensura (iugerum)* I—~~II~~? Nam hi quidem notarum ductus proxime accedunt ad scripturam in *B* traditam I $\overline{\text{CC}}$.

115. L. Volusii Maeciani distributionem, ut supra dictum est, repetivi ex recensione Mommseni (*Abhandl. d. Sächs. Gesellsch. d. Wiss.* vol. III 1853. p. 281 ss.). Qui litteris a. d. V Cal. Febr. a. 1863 ad me datis scripsit sibi nunc § 45 *tetrachmum* pro vulgato *tetradrachmum* e librorum auctoritate legendum videri. Sunt autem hi libri quibus usus est Mommsenus (*Mo*) Parisinus 8680 (*C^p*) et Vaticanus 3852 (*C^v*), uterque membr. saec. X, quorum consensum idem notavit per *C*. Priores editiones diligenter contulit Böckingius (*Bö*), cum Maeciani libellum edidit Bonnae 1831. Ego, sicut initio praefationis ad prius volumen demonstravi, mihi non licere existimavi totum Mommseni apparatus repetere, qui in ipso illius libro praesto sit omnibus quorum ea accuratius perquirere interest. Varios autem notarum ductus qui in libris inveniuntur, quantum fieri potuit, repetivi extrema hac praefatione, ubi omnia quae ad id genus pertinerent collegi. Pauca tamen omitti necesse fuit, ne nimii sumptus novis typis excudendis bibliopolae fierent; haec igitur quaerenda sunt in ipso Mommseni libro. In extrema libelli particula, quam omiserunt editores ante Mommsenum (vide illum p. 287), addidi variam lectionem codicis Vaticani traditam ab Helbigio, qui Epiphaniae interpretationem Latinam ex eodem codice mihi descripsit.

116. Liber de asse in editione principe quam indicavi in prol. § 114 adn. 1 legitur p. DCC s.; significavi *Ro*. Denuo eundem libellum excusserunt Gronovius (*Gr*) in libris de sestertiis (Amstelod. 1656: de reliquis Gronovianis editionibus vide Böcking. p. 9) et Böckingius (*Bö*) una cum Volusio Maeciano (Bonnae 1831).

117. Locis Festi, ut consentaneum erat, statim addidit ea quae Paulus habet ex Festo excerpta, quae minoribus litterarum formis distinxi. Ex Festi codice omnem scripturae varietatem adscripsi, passim auctam et correctam ab H. Keillio in Mus. Rhen. VI (1847) p. 618 ss., quae supplementa notavi addita littera *K*. Nonnulla tacite secundum Keillum correxi, ut p. 77, 7 *quodcumque*, p. 79, 19 *imperfectam*. Extremos Festi locos repetivi ex Mommseni recensione quae nuper prodiit in commentariis Acad. Berol. a. 1864 p. 57 ss. Idem initium plebisciti Silitani per litteras emendatum ad me misit, ubi de nota III, i. e. *duodequinginta*, conferri iussit legem repetundarum (C. I. L. vol. I n. 198, 34); ac similiter in aliis inscriptionibus inveniuntur IIX, XIIIX, XXIIIX (v. indices ibid. p. 613). — Pauli locos edidi e codice Guelferbyitano 10. 3 Aug. in 4 membranceo saec. X (G). P. 76, 17 non offendo in verbis *singuli pondo libras*, quae nuper in dubitationem vocavit Madvigius in Emend. Liv. p. 318. Nam et hoc loco et apud Varronem de l. Lat. § 182 et Livium 26, 47, 7 *libras* antiqua genetivi forma mihi esse videtur. — Scaligeri, Ursini, Muelléri scripturas significavi *Sca*, *Urs*, *Mue*.

118. Prisciani locum e libro de figuris numerorum repetitum recognovi secundum codicem Gudianum 132 fol. 66^b ss., quem H. Keilius in hoc libro edendo omisit, adhibuit autem ad Prisciani Partitiones (v. praef. p. 398 s.). In hoc codice memorabilis est scriptura *dardaniū* (§ 14), de qua vide prol. p. 23. — P. 84, 20 ex librorum auctoritate edidi *tetrachma*. Praeterea nulla fere in re discessi ab eo verborum Prisciani contextu quem egregie constituit Keilius.

119. Victorii argumentum calculandi ex codice Bamberg. membr. saec. X vel XI edidit Christius in annalibus Acad. Monac. (*Sitzungsbericht* etc. 1863. I. p. 132 ss.). Idem fragmentum inter Bedae Venerabilis scripta exstat edita Basileae per Io. Hervagium a. 1563, vol. I p. 147. Ubi hic titulus praefixus: *Bedae Presbyteri praefatio in libellum de ratione calculi*. Apparet autem Bedam suo arbitrio quaedam mutavisse, nonnulla etiam addidisse, mi-

nime tamen meliore exemplo quam nuper Christium usum esse.

120. Carminis de ponderibus codex archetypus ipse, unde omnes nostri libri manu scripti derivati sunt, tot et tam gravibus mendis inquinatus fuit, ut, etiamsi illum librum in manibus haberemus, plurimis tamen locis de genuina scriptura dubitatio relinqueretur. Iam vero ex hoc quasi impuro fonte turbatior etiam rivulus defluxit in codicem illum octavi saeculi, olim Bobiensem, nunc Vindobonensem, cuius scripturam in lucem protulit Endlicherus (Prisciani grammatici-carmina. Vindob. 1828). Nam exaratus est is codex magna, ut videtur, scribendi festinatione ab homine admodum ignaro atque indiligente, qui non solum oscitantia plurima peccaverit, sed etiam, quamvis vix Latina sciret, aliquotiens ea quae in archetypo aut non distincte aut perturbate scripta essent pro arbitrio mutaverit (vide cum alios locos tum vs. 33: *quam dixere duellam*, 76: *hoc si bason*, 112: *modulatus suo per esse*, 133: *quis minor argenti*). Praeterea ex archetypo alii libri maiore cum cura et a peritioribus hominibus descripti sunt iique in variorum grammaticorum manus venerunt, qui coniecturis et corruptos locos et, ut fieri solet, etiam integros tentarent. Inde quot fere sunt codices praeter Bobiensem, tot formas habemus huius carminis a grammaticis partim depravati; quibus libris accedit ipsius Bobiensis scriptura secunda ac tertia, utraque ex eodem interpolationum genere orta. Nobis in recensendo hoc carmine necesse visum est primum omnes Bobiensis libri scripturas adnotare, quae apud Endlicherum inter reliquas adnotationes dispersae non ita in oculorum obtutum cadunt, ut et codicis auctoritas et criticae artis ratio requirit. Praeterea alterius formae quam interpolatam diximus specimen prae buimus ex Guelferbytanis duobus Gudianis, altero 132, altero 64 (utroque membr. saec. X in 4), quos libros admodum neglegenter olim a Wernsdorfio adhibitos ego denuo cum Endlicheri editione contuli. Significavi Bobiensem codicem littera *A* (primam eius manum *A*¹, secundam et tertiam *A*² et *A*³), tum Gudianum priorem *B*, alterum *C*. His codicibus addere poteram Parisinum 7211 ab Angelonio

editum et cum Endlicheri libro collatum ab Orellio in app. ad Phaedri fab. p. 241 s., tum Sangallensem 817 nuper a Car. Schenkelio collatum (*Sitzungsber. d. Wiener Akad.* 1863 p. 56 ss.); sed cum viderem eos codices nulla re praestantiores esse Gudianis, nolui hoc supplemento annotationem criticam onerare magis quam ornare.

Iam vero quas leges in recensendo carmine secutus sim, breviter exponam. Merito supra reprehendi illius librarii qui Bobiensem codicem exaravit negligentiam et imperitiam. Sed tamen ea ipsa ignorantia maiorem efficit huius libri auctoritatem quam ceterorum omnium; nam in hoc quidem nihil coniectura ita immutatum est, ut id pro vero haberi possit. Ut planius dicam, aut genuinam scripturam habemus in Bobiensi aut ea menda quae facillime cognoscantur. Ergo quoad aliqua probabilis ratio afferri poterit, aut ipsa Bobiensis scriptura erit sequenda, aut, sicubi eam corruptam esse apparebit, ex his ipsis corruptelae vestigiis elaborandum ut vera lectio inveniatur. Nec prius, quam id fieri nullo modo poterit, confugiendum ad interpolatos codices, quorum scripturam ubicunque diversam a Bobiensi recepimus, ea certe dubitatio relinquatur, sitne illa vera scriptura casu quodam felici servata, an orta eadem ex hominis grammatici probabili coniectura. Ac vero saepius coniecturas quam antiqua verba in istis codicibus exstare arbitror. Reliqua commodissime ita demonstrabo, ut, quibus locis ab Endlicheri editione discesserim, singillatim proponam. Vs. 7 recepi *minora* ex A, quippe quod melius respondeat priori *maius* quam vulgatum *minuta*. Ibidem *nil* ex eodem libro videbatur scribendum esse, sed cum ibi ^l exaratum esse cognovissem (Endl. praef. p. XI), quo compendio etiam pro *nihil* festinans librarius facile uti posset, servavi *nihil*, quod certe est numero aptius (et conf. vs. 188). — 11. *ve* apud Endlicherum a tyoptheta erratum esse videri recte scribit Schenkelius l. c. p. 61 adn.; nos *vel* edidimus ex A. Scripturam *lentis vergantur in octo*, quam altera codicum familia habet, Christius (Mus. Rhen. XX p. 71) ortam esse suspicatur ex *lentisve granter octo*. — 17. *dragmam* et sic per *g* ea vox ubique le-

gitur in ABC, nec dubitandum est, quin sic scripserit is qui hoc carmen composuit (v. indicem s. v.). Idem statuendum videtur de *olce* vs. 17 et *eminas* vs. 68. — 21. *sicilicum* A, ubi vulgatum *sicilius* non debebat tenere Endlicherus (conf vs. 78). — 32. *Grai* AB, *Graii* vulgo. — 36. ex corrupta in ABC scriptura *emnam* vulgo factum est *hinc Mna*, quod recte repudiat Schenkelius, ipse *ei mnam* coniiciens. Sed potius *unam* cum Vineto scribendum, probatum id quidem et Schenkelio et Christio p. 57 (commentarii in vol. I p. 67 adn. 5 citati). — 37. *docuisse* interpolati codices, *dixisse* A³: neutrum cum genuinum esse videretur, ex *vocare*, antiqua scriptura in A, effeci *memorare* coll. vs. 93. — 38. *dragmis* ex A, nam vulgatum *drachmas* tam barbarum est, ut scriptori carminis tribui non possit, qui quidem *dragmis* posuit pro *dragmarum numero*. — 46. de *ac si* conf. vs. 116. — 48. *nec quae* Endlicherus secundum Wernsdorfii coniecturam: ego *neque quae* scripsi cum Schenkelio. — 57. *malis* nimirum non minus recte in A scriptum, quam coniunctivi leguntur vs. 75. 94. 184 s.; falsum igitur vulgatum *mavis*. — 62. *cybus hic* sine dubio est antiqua scriptura, nam et *hic* retissime est positum et *cybi* redit vs. 195. Pessime *hic* vulgo omissum metrumque turbatum. Schenkelius coniecit *cubus*; *hanc ne cui*; Christius in Mus. Rhen. XX p. 71 *cubus hic*. — 69. 70. de his versibus multum dubitarunt et priores editores et nuper Schenkelius l. c. et Christius in Mus. Rhen. p. 72. Ego secutus sum Endlicherum *quis* ablativo casu scribentem, quae forma redit vs. 187. Tum proximo versu *duos* restitui ex ABC, ubi *duas* Endlicherus praetulit, cum eum lateret *choenix* in tabulis medicinalibus idemque apud Epiphanium et in fragmento $\pi\epsilon\rho\iota$ $\mu\epsilon\rho\rho\upsilon\upsilon$ masculini generis esse (vide indicem). Nec deest Latinus auctor Epiphanii interpretis p. 106, 8. Sic scriptori huius carminis vera et cum optimis auctoribus congruens expositio mensurarum vindicata est, ut congius habeat choenices tres sive sextarios sex sive cotylas duodecim, choenix sit duorum sextariorum sive quattuor cotylarum: nulla igitur iam apud hunc poetam choenix quattuor sextariorum, quae efficiebatur ex vulgata olim scriptura *qui*

quater adsumptus. — 71. *sextarii* Endlicherus edidit pro vulgato antea *sextari*, qui cum aliis locis ubique vulgatae scripturae varietatem afferat, hic autem nihil plane adnotet, dubito num *sextarii* habeat A, certe id non a prima manu. Utut est, sine dubio *sextari* scribendum, quoniam quo emendatior carminis forma prodiit, eo magis declaratum est scriptorem rei metricae bene gnarum fuisse nec longas brevesque syllabas inter se confundisse. Qui cum *sextarius* vs. 65 in secunda syllaba recte produxerit, quis neget quin paulo post *sextarii* librarius potius scripserit quam antiquus poeta? Accedit quod idem *sextari* probabiliter restitui vs. 80, ubi cum vulgo ex interpolatis libris editum sit *sextario*, in A autem inveniatur *si sextarios*, apparet ex hac corrupta scriptura eodem iure *sextari* elici posse, quod unum structurae huius loci conveniat. De contracta genetivi forma conf. vs. 127. — 72. *recipit* A, *capit* B vulgo. — 73. *cyatos* ex A et sic per *t* reliquis locis scripsissem, nisi vs. 80 *cyathus* in A¹ legi Endlicherus doceret ad vs. 75. Sed eò ipso loco duo deprehenduntur typotheatae errores (*chyatos* alterum pro *chyato*, et *cyaci* pro *cyati*), quae editoris negligentia etiam codicis scripturam vs. 80 dubiam reddit. — 78. *coclearia* edidi ex BC idemque suadet A; *cochlearia* vulgo. Item vs. 83. — 83. *scripulique* hoc loco A cum BC; vulgo *scriplique*, ut A habet reliquis locis. — 89. *superest* A¹ rectissime, *superat* vulgo. — 93. *addit* ABC; temere vulgo *addet*: conf. vs. 95. — 95. *olivae* non dubitavi recipere ex A¹ pro vulgato *olivi*; nam ad *olivum* appositum epitheton *labens* abundat; at *oliva labens* (*die gleitende Oelfrucht*) est oliva premendo in liquidum oleum mutata, quae locutio etsi contortior videatur, tamen minime abhorret ab illius saeculi poetarum usu. — 103. *argento* edidi ex ABC idemque restituit Schenkelius; vulgo *argenti*. — 104. *harundo* AC, *arundo* vulgo. — 108. bene Endlicherus *aequa* ex A restituit; sed indicativus *secatur* requirit relativam sententiam: scripsi igitur *tot quae aequa in frustra secatur*. — 112. *si* A¹; conf. vs. 114; *sin* vulgo. — vss. 113—115 alieno loco inculcati et post vs. 118 reponendi esse videntur Christio in Mus. Rhen. XX p. 72. — 113. *quod si* et 116.

ac si edidi ex A; vulgo *quodsi* legitur posteriore, *aut si* priore loco. — 120. *ut dragma superet gravior* editum est ex A³ et vestigiis primae manus in eodem codice. Sed altius vitium hoc loco latere videtur. Accedit rei ipsius difficultas, quam non plane expedit Klügelius; sed de ea re non est hic disserendi locus. — 126. *hoc ABC* Schenkelius, *id* vulgo. — 127. *Syracusi* A¹B contracta genetivi terminatione, ut supra vs. 71. 80. *sextari*. Vulgo *Syracosii*. — 130. *conperto* A. — 144. *quotæ* pro *quotque* scribendum esse videtur Christio in Mus. Rhen. XX p. 72 s. — 151. *sub aquis fiet* ABC Schenkelius, quod quo iure Endlichero glossematis loco visum sit, equidem non intellego; immo vulgatum *subsistet enim* pessime est interpolatum. — 157. *corrupti* codicum scriptura, etsi difficilior est, tamen nec a rei ratione nec a stilo huius poetae aliena videtur. Vulgatum *corrupto* revocat Christius l. c. p. 71. — 161. *quaevis librae* ABC Schenkelius. — 179. *causae* ego, *causa et* Schenkelius, *causa* contra numerum Endlicherus ex A. — 187 s. hos versus recte distinxit et explicuit Christius l. c. p. 73. — 195. *cybi* ex A, ut vs. 62; *cubi* Endlicherus.

121. Idem carmen de ponderibus codex Parisinus 7461 membr. saec. XIII alio ordine dispositum et duobus supplementis, sed iis alienis a genuino contextu, auctum exhibet. Hinc et ipsum carmen et ea quae dixi supplementa edidit L. Angeloni in libro qui inscribitur *Sopra Guido d'Arezzo dissertazione* (Paris. 1811) p. 227 ss. (supplementa repetivit Orellius in appendice ad Phaedri fabulas p. 240 ss., sed falsum codicis numerum 7211 attulit deceptus errore Angelonii p. 225). Ex his supplementis alterum, quo de librae partibus agitur, ego Parisiis ex eodem codice 7461 descripsi, quae opera propter multos Angelonii errores minime inutilis fuit. Praeterea haec ex eo codice enotavi. Continet fol. 1—16 Guidonis micrologium in musica, fol. 19—27 Odonem de musica. Folia autem quae interserta sunt, 17 et 18, contrario ordine colligata sunt ac per argumentum scripturae oportuit. Nam in fol. 18 incipit sine inscriptione carmen de ponderibus *Pondera poeniis vete-*

*rum memorata libellis idque perducitur ad vs. 55 semun-
cia maior. Tum intercalati sunt duo versus*

Haec de ponderibus. si cetera signa requiris

Ex ipsis veterum poteris cognoscere cartis.

Sequuntur carminis de ponderibus versus 124 *Nunc aliud* usque ad 163 *sine aquis*, ubi omnes libri manu scripti praeter Bobiensem, ut supra dictum est, desinunt. Haec excipiunt duodecim versus de planetis iidem quos Angelonius edidit p. 232 (repetivit Orellius p. 242): *Signifer — conficit orbem*. Hic desinit scriptura in codice ac relinquitur vacuum spatium, unde apparet librarium ipsum nihil habuisse quod adderet. Iam recenseamus fol. 17. In hoc ea pars carminis de ponderibus perscripta est qua de mensuris et variis liquorum ponderibus agitur. Sed pro genuini carminis versu 56 *Huic de ponderibus: superest pars altera nobis*, hic substitutus est

Nunc et mensuras dicamus carmine uero;

sequuntur versus genuini carminis 57—121; tum pro versibus 122 et 123 haec leguntur

Haec de mensuris tibi sint quae signa requiris;

postremo autem additi sunt viginti illi versus de ponderibus qui in nostra editione locum habent fragmenti 121. Quos, ut dixi, ipse descripsi e cod. Paris. 7461 (A), et adnotavi variam scripturam codicis Thuanei a Meyero citati (*Thu*). Etenim iidem versus in tria fragmenta distracti leguntur in Anthologia Burmanniana (apud Meyerum carm. 1066—68). Ipse autem Burmannus quibus subsidiis usus sit, haec eius verba declarant (Anthol. Burm. vol. II p. 404): *tria haec epigrammata — ex vetustissimo codice S. Germani, in quo subscripta legebantur Rhemnio Fannio de ponderibus, in suas schedas coniecerat N. Heinsius, e quibus ea his inserui, ne perirent. eadem aliquando descripsi Leidae ex codice Vossiano, in quo uno tenore tria haec coniuncta legebantur. — versu primo edidi Libra vel as pro vitiosa codicis scriptura Libralis as et v. 4 retracta pro tetracte*. Ex his Burmanni verbis sane cognosci non potest, utrum *codicem* his duobus locis ad quos varias scripturas affert intellexerit. Quod utut est, reliquis locis Burmanni scriptura eam

habet auctoritatem, ut, sin minus ubique, tamen plerumque codicis Sangermanensis esse putanda sit, quapropter eam diligenter adnotavimus (*Bu*). Nec omisimus Angelonii editionem (*Ang*). — Vs. 4. Schenkelius (*Sitzungsber. d. Wiener Akad.* 1863 p. 57 adn.) pro *ter acta* suadet *ter upta*; sed quid merito reprehendi potest in illa scriptura ex A repetita? (conf. Christium in *Mus. Rhen.* XX p. 65). — 10. *stater ac* distincte habet A; egregie igitur confirmata est Schenkeli coniectura idem ex corrupto *staterae* restituentis. Orellio in mentem venerat *statue ac*. — 11. recte libri AB et Thuaneus habent *terna duae sesclae pars est*, h. e. tertia pars unciae dicitur duae sextulae. Schenkelius vult *terna duplae sesclae par est*, quod falsum esse demonstrat Christius l. c.

122. Latinam Epiphani versionem primus edidit Le Moyne (*Varia sacra.* Lugd. Bat. 1685. vol. I p. 490—95), usus codice, ut videtur, Parisino 8680 (vide Mommsen. ad *Maecian.* p. 286). Nobis in hac nova editione auxilio venit prompta Wolfg. Helbigii comitas, qui Vaticanum cod. 3852 (inde a fol. 122^b extr.) accurate cum Le Moynii libro contulit. Atque huic quidem codici, quem A notavimus, merito a nobis maiorem quam Le Moynio auctoritatem tributam esse facile cognosces ex variis scripturis quas ad p. 101, 23. 102, 2 (coll. Epiph. p. 263, 6. 9), vel ad p. 102, 14. 103, 1 adnotavimus. — In scribendo verbo *existere* librarius codicis A s post x aut posuit (p. 102, 7. 106, 19) aut omisit (p. 103, 21. 104, 1), quem usum ego ubique secutus sum. At *quattuor*, quod p. 102, 16 enotatum inveni ex A, dedi etiam p. 101, 4, ubi ex silentio idem *quattuor* habere videtur. — P. 101, 15 et sana grammaticae ratio et contextus Graecus suadent *manifestum* pro *manifestus*. — P. 102, 20 in *per*, quod seclusi, vestigium antiquae scripturae servatum esse apparet collato *Isid.* p. 116, 19 et *Epiph.* p. 263, 20. Nimirum pro κόπτεσθαι, quod apud Epiphanium legitur, in alia eius tractatus forma olim fuisse videtur κοπή, unde *cope* pro *per* hoc loco, idemque pro *cote* p. 116, 19 restituendum. — P. 105, 14 verba *qui coepit ferire pecuniam*, quoniam *qui* abest ab A, pro glossemate habetas, quam suspi-

tionem augeat collatus Epiphani loci supra p. 266, 18; sed vide ibid. p. 269, 16. — Denique hoc loco mentio facienda est codicis Bernensis in prol. § 124, I ex Useneri litteris adumbrati.

123—127. Ex Isidori etymologiarum libris quae capita in hanc collectionem contuli, ea quam emendatissima edidi ex tribus codicibus vetustissimis quos Frid. Otto in recensendo Isidori opere turpiter neglexit recentioribus codicibus iisque multo deterioribus incredibili animi socordia praelatis. Sunt autem illi vetustiores quos dixi

A = cod. Guelferbytanus Weissenb. 64; membranaeus forma quadrata, saeculi VIII; continet Isidori etymologiarum libros XX foliis 338;

B = cod. Monacensis Lat. 6250 saec. IX (olim Frisingensis 50);

C = cod. Monac. Lat. 4541 saec. X (olim Benedict. 41). Ex his Guelferbytanum excussi aestate anni 1864; Monacensium codicum scripturam insigni humanitate misit ad me Guil. Christius, cui ob eam rem gratias egi in exordio prioris voluminis. Qui cum ad Ottonianam editionem codices contulisset, ego omnem eorum scripturam quae ex silentio, ut aiunt, efficitur notavi addita littera *σ*, i. e. *vulgo*. De ratione quam in his Isidoriani operis partibus secutus sum uberiorem disputationem instituere non possum, ne angustiores fines quibus haec praefatio circumscribitur immodice egrediar: faciam igitur, si potero, alio loco; sed hoc omitti non posse video permulta glossemata et interpolationes vel in hac exigua totius operis parte inveniri. Ac primum commemoro duas eius generis corruptelas easque graviores abesse ab *A* (v. adnot. ad p. 109, 6 et 122, 4 coll. Ottone p. 486, 3. 522, 1); tum alio loco ex eodem codice similis additamenti originem perspicue cognosci. Etenim verba quae apud nos p. 110, 20 ss. leguntur in *A* sic perscripta sunt:

Pondus prius legitur moyses inuenisse

Primus fiton argius ponder_x rationem

cetera. Ex his *Pondus* pertinet ad priora; verba autem *prius legitur moyses inuenisse* addita esse apparet ab

homine sacrarum litterarum studioso, qui Phidoni pagano hunc honorem tribui nollet, ut primus pondera invenisse diceretur; ac praeterea ipse Isidorus viam glossematis adscribendi quasi praemonstraverat his verbis: *et licet alii antiquiores extiterint*. Iam hoc breve glossema quod in A deprehenditur, in Monacensibus libris atque Gudiano I quo Otto usus est, sic est amplificatum: *Primus Moyses qui omnes antecedit gentilium philosophos (filosofos B¹) tempore novit (nobis Otto) et numeros et mensuras et pondus in diversis scripturae suae (scripturisue B¹) locis narravit*. Tertia autem eiusdem glossematis forma vulgata erat ante Ottonem: *Primus Moyses in heremo filiis Israel pondera et mensuras dedit*; quarta est in Gudiano II: *Primus Moyses Hebraeis, prius Sidon Argivis ponderum rationem* cet. Tantam igitur corruptelarum labem una brevior glossa secum traxit. quo demonstrato facilius ab omnibus concedetur etiam in A haec interpolata esse quae iam in conspectu propositurus sum: p. 108, 1 *undique* ex vs. 3 inculcatum est ab homine qui *quoque* coniunctionem esse putaret. Sed et haec ipsa coniunctio aliena est ab hac tabula mensurarum et *undique versus* minus aptum quam *quoque versus*. Nam aut sic scripsit Isidorus (ut Caesar d. b. G. 3, 23, 2 et *quoque versus* idem 7, 4, 5. 14, 5) aut *quoquo versus* cum Columella, quem omnino in hac tabula componenda secutus est (v. fr. 111 § 4). — p. 111, 11 *ea* obscurum est post verba *haec et morteta vocata* et haec ipsa per se suspecta; quibus eiectis omnis oratio bene procedit. — p. 112, 12 verba *latine* etc. variant eam sententiam quae § 9 legitur; ab hoc autem loco aliena sunt. — p. 115, 9 non potest Isidoro tanta barbaries tribui, ut *talentum minor medius* cet. dixerit, haec igitur omnia sine dubio eiicienda (eadem corruptissima esse iudicat Ritschelius ad Plaut. Most. v. 647), nec quidquam operae in his explicandis perdendum. — p. 116, 10 *qui triplicatus* est coclear, eadem igitur Latini sermonis ignorantia hoc etiam loco prodit interpolatorem. — p. 118, 2 ss. haec omnia variata sunt ad similitudinem eorum quae antea scripsit ipse Isidorus. — p. 119, 8 verba *modius enim*, cet. partim repetita sunt ex

117. Locis Festi, ut consentaneum erat, statim addidi ea quae Paulus habet ex Festo excerpta, quae minoribus litterarum formis distinxī. Ex Festi codice omnem scripturae varietatem adscripsi, passim auctam et correctam ab H. Keilio in Mus. Rhen. VI (1847) p. 618 ss., quae supplementa notavi addita littera *K*. Nonnulla tacite secundum Keilium correxi, ut p. 77, 7 *quodcumque*, p. 79, 19 *inperfectam*. Extremos Festi locos repetivi ex Mommseni recensione quae nuper prodiit in commentariis Acad. Berol. a. 1864 p. 57 ss. Idem initium plebisciti Siliani per litteras emendatum ad me misit, ubi de nota III, i. e. *duodequingenta*, conferri iussit legem repetundarum (C. I. L. vol. I n. 198, 34); ac similiter in aliis inscriptionibus inveniuntur IIX, XIIIX, XXIIIX (v. indices ibid. p. 613). — Pauli locos edidi e codice Guelferbytano 10. 3 Aug. in 4 membranceo saec. X (*G*). P. 76, 17 non offendo in verbis *singuli pondo libras*, quae nuper in dubitationem vocavit Madvigius in Emend. Liv. p. 318. Nam et hoc loco et apud Varronem de l. Lat. § 182 et Livium 26, 47, 7 *libras* antiqua genetivi forma mihi esse videtur. — Scaligeri, Ursini, Muelleri scripturas significavi *Sca*, *Urs*, *Mue*.

118. Prisciani locum e libro de figuris numerorum repetitum recognovi secundum codicem Gudianum 132 fol. 66^b ss., quem H. Keilius in hoc libro edendo omisit, adhibuit autem ad Prisciani Partitiones (v. praef. p. 398 s.). In hoc codice memorabilis est scriptura *dardaniū* (§ 14), de qua vide prol. p. 23. — P. 84, 20 ex librorum auctoritate edidi *tetrachma*. Praeterea nulla fere in re discessi ab eo verborum Prisciani contextu quem egregie constituit Keilius.

119. Victorii argumentum calculandi ex codice Bamberg. membr. saec. X vel XI edidit Christius in annalibus Acad. Monac. (*Sitzungsbericht* etc. 1863. I. p. 132 ss.). Idem fragmentum inter Bedae Venerabilis scripta exstat edita Basileae per Io. Hervagium a. 1563, vol. I p. 147. Ubi hic titulus praefixus: *Bedae Presbyteri praefatio in libellum de ratione calculi*. Apparet autem Bedam suo arbitrio quaedam mutavisse, nonnulla etiam addidisse, mi-

nime tamen meliore exemplo quam nuper Christium usum esse.

120. Carminis de ponderibus codex archetypus ipse, unde omnes nostri libri manu scripti derivati sunt, tot et tam gravibus mendis inquinatus fuit, ut, etiamsi illum librum in manibus haberemus, plurimis tamen locis de genuina scriptura dubitatio relinqueretur. Iam vero ex hoc quasi impuro fonte turbatior etiam rivulus defluxit in codicem illum octavi saeculi, olim Bobiensem, nunc Vindobonensem, cuius scripturam in lucem protulit Endlicherus (Prisciani grammatici-carmina. Vindob. 1828). Nam exaratus est is codex magna, ut videtur, scribendi festinatione ab homine admodum ignaro atque indiligente, qui non solum oscitantia plurima peccaverit, sed etiam, quamvis vix Latina sciret, aliquotiens ea quae in archetypo aut non distincte aut perturbate scripta essent pro arbitrio mutaverit (vide cum alios locos tum vs. 33: *quam dixere duellam*, 76: *hoc si bafon*, 112: *modulatus suo per esse*, 133: *quis minor argenti*). Praeterea ex archetypo alii libri maiore cum cura et a peritioribus hominibus descripti sunt iique in variorum grammaticorum manus venerunt, qui coniecturis et corruptos locos et, ut fieri solet, etiam integros tentarent. Inde quot fere sunt codices praeter Bobiensem, tot formas habemus huius carminis a grammaticis partim depravati; quibus libris accedit ipsius Bobiensis scriptura secunda ac tertia, utraque ex eodem interpolationum genere orta. Nobis in recensendo hoc carmine necesse visum est primum omnes Bobiensis libri scripturas adnotare, quae apud Endlicherum inter reliquas adnotationes dispersae non ita in oculorum obtutum cadunt, ut et codicis auctoritas et criticae artis ratio requirit. Praeterea alterius formae quam interpolatam diximus specimen prae buimus ex Guelferbytanis duobus Gudianis, altero 132, altero 64 (utroque membr. saec. X in 4), quos libros admodum negligenter olim a Wernsdorfio adhibitos ego denuo cum Endlicheri editione contuli. Significavi Bobiensem codicem littera *A* (primam eius manum *A*¹, secundam et tertiam *A*² et *A*³), tum Gudianum priorem *B*, alterum *C*. His codicibus addere poteram Parisinum 7211 ab Angelonio

editum et cum Endlicheri libro collatum ab Orellio in app. ad Phaedri fab. p. 241 s., tum Sangallensem 817 nuper a Car. Schenkelio collatum (*Sitzungsber. d. Wiener Akad.* 1863 p. 56 ss.); sed cum viderem eos codices nulla re praestantiores esse Gudianis, nolui hoc supplemento adnotationem criticam onerare magis quam ornare.

Iam vero quas leges in recensendo carmine secutus sim, breviter exponam. Merito supra reprehendi illius librarii qui Bobiensem codicem exaravit negligentiam et imperitiam. Sed tamen ea ipsa ignorantia maiorem efficit huius libri auctoritatem quam ceterorum omnium; nam in hoc quidem nihil coniectura ita immutatum est, ut id pro vero haberi possit. Ut planius dicam, aut genuinam scripturam habemus in Bobiensi aut ea menda quae facillime cognoscantur. Ergo quoad aliqua probabilis ratio afferri poterit, aut ipsa Bobiensis scriptura erit sequenda, aut, sicubi eam corruptam esse apparebit, ex his ipsis corruptelae vestigiis elaborandum ut vera lectio inveniatur. Nec prius, quam id fieri nullo modo poterit, confugiendum ad interpolatos codices, quorum scripturam ubicunque diversam a Bobiensi recepimus, ea certe dubitatio relinquatur, sitne illa vera scriptura casu quodam felici servata, an orta eadem ex hominis grammatici probabili coniectura. Ac vero saepius coniecturas quam antiqua verba in istis codicibus exstare arbitror. Reliqua commodissime ita demonstrabo, ut, quibus locis ab Endlicheri editione discesserim, singillatim proponam. Vs. 7 recepi *minora* ex A, quippe quod melius respondeat priori *maius* quam vulgatum *minuta*. Ibidem *nil* ex eodem libro videbatur scribendum esse, sed cum ibi *l* exaratum esse cognovissem (Endl. praef. p. XI), quo compendio etiam pro *nihil* festinans librarius facile uti posset, servavi *nihil*, quod certe est numero aptius (et conf. vs. 188). — 11. *ve* apud Endlicherum a typosetha erratum esse videri recte scribit Schenkelius l. c. p. 61 adn.; nos *vel* edidimus ex A. Scripturam *lentis vergantur in octo*, quam altera codicum familia habet, Christius (Mus. Rhen. XX p. 71) ortam esse suspicatur ex *lentisve granater octo*. — 17. *dragmam* et sic per *g* ea vox ubique le-

gitur in ABC, nec dubitandum est, quin sic scripserit is qui hoc carmen composuit (v. indicem s. v.). Idem statuendum videtur de *olce* vs. 17 et *eminas* vs. 68. — 21. *sicilicum* A, ubi vulgatum *sicilicus* non debebat tenere Endlicherus (conf vs. 78). — 32. *Grai* AB, *Graii* vulgo. — 36. ex corrupta in ABC scriptura *emnam* vulgo factum est *hinc Mna*, quod recte repudiat Schenkelius, ipse *ei mnam* coniiciens. Sed potius *unam* cum Vineto scribendum, probatum id quidem et Schenkelio et Christio p. 57 (commentarii in vol. I p. 67 adn. 5 citati). — 37. *docuisse* interpolati codices, *dixisse* A³: neutrum cum genuinum esse videretur, ex *vocare*, antiqua scriptura in A, effeci *memorare* coll. vs. 93. — 38. *dragmis* ex A, nam vulgatum *drachmas* tam barbarum est, ut scriptori carminis tribui non possit, qui quidem *dragmis* posuit pro *dragmarum numero*. — 46. de *ac si* conf. vs. 116. — 48. *nec quae* Endlicherus secundum Wernsdorfii coniecturam: ego *neque quae* scripsi cum Schenkelio. — 57. *malis* nimirum non minus recte in A scriptum, quam coniunctivi leguntur vs. 75. 94. 184 s.; falsum igitur vulgatum *mavis*. — 62. *cybus hic* sine dubio est antiqua scriptura, nam et *hic* relictissime est positum et *cybi* redit vs. 195. Pessime *hic* vulgo omissum metrumque turbatum. Schenkelius coniecit *cubus; hanc ne cui*; Christius in Mus. Rhen. XX p. 71 *cubus hic*. — 69. 70. de his versibus multum dubitaverunt et priores editores et nuper Schenkelius l. c. et Christius in Mus. Rhen. p. 72. Ego secutus sum Endlicherum *quis* ablativo casu scribentem, quae forma redit vs. 187. Tum proximo versu *duos* restitui ex ABC, ubi *duas* Endlicherus praetulit, cum eum lateret *choenix* in tabulis medicinalibus idemque apud Epiphanium et in fragmento $\pi\epsilon\rho\iota$ $\mu\epsilon\tau\rho\omega\nu$ masculini generis esse (vide indicem). Nec deest Latinus auctor Epiphanii interpretis p. 106, 8. Sic scriptori huius carminis vera et cum optimis auctoribus congruens expositio mensurarum vindicata est, ut congrius habeat choenices tres sive sextarios sex sive cotylas duodecim, choenix sit duorum sextariorum sive quattuor cotylarum: nulla igitur iam apud hunc poetam choenix quattuor sextariorum, quae efficiebatur ex vulgata olim scriptura *qui*

quater adsumptus. — 71. *sextarii* Endlicherus edidit pro vulgato antea *sextari*, qui cum aliis locis ubique vulgatae scripturae varietatem afferat, hic autem nihil plane adnotet, dubito num *sextarii* habeat A, certe id non a prima manu. Ut ut est, sine dubio *sextari* scribendum, quoniam quo emendatior carminis forma prodiit, eo magis declaratum est scriptorem rei metricae bene gnarum fuisse nec longas brevesque syllabas inter se confudisse. Qui cum *sextarius* vs. 65 in secunda syllaba recte produxerit, quis neget quin paulo post *sextarii* librarius potius scripserit quam antiquus poeta? Accedit quod idem *sextari* probabiliter restitui vs. 80, ubi cum vulgo ex interpolatis libris editum sit *sextario*, in A autem inveniatur *si sextarios*, apparet ex hac corrupta scriptura eodem iure *sextari* elici posse, quod unum structurae huius loci conveniat. De contracta genetivi forma conf. vs. 127. — 72. *recipit* A, *capiat* B vulgo. — 73. *cyatos* ex A et sic per *t* reliquis locis scripsissem, nisi vs. 80 *cyathus* in A¹ legi Endlicherus doceret ad vs. 75. Sed eo ipso loco duo deprehenduntur typhotetae errores (*chyatos* alterum pro *chyato*, et *cyaci* pro *cyati*), quae editoris negligentia etiam codicis scripturam vs. 80 dubiam reddit. — 78. *coclearia* edidi ex BC idemque suadet A; *cochlearia* vulgo. Item vs. 83. — 83. *scripulique* hoc loco A cum BC; vulgo *scriplique*, ut A habet reliquis locis. — 89. *superest* A¹ rectissime, *superat* vulgo. — 93. *addit* ABC; temere vulgo *addet*: conf. vs. 95. — 95. *olivae* non dubitavi recipere ex A¹ pro vulgato *olivi*; nam ad *olivum* appositum epitheton *labens* abundat; at *oliva labens* (*die gleitende Oelfrucht*) est oliva premoendo in liquidum oleum mutata, quae locutio etsi contortior videatur, tamen minime abhorret ab illius saeculi poetarum usu. — 103. *argento* edidi ex ABC idemque restituit Schenkelius; vulgo *argenti*. — 104. *harundo* AC, *arundo* vulgo. — 108. bene Endlicherus *aequa* ex A restituit; sed indicativus *secatur* requirit relativam sententiam: scripsi igitur *tot quae aequa in frusta secatur*. — 112. *si* A¹; conf. vs. 114; *sin* vulgo. — vss. 113—115 alieno loco inculcati et post vs. 118 reponendi esse videntur Christio in Mus. Rhen. XX p. 72. — 113. *quod si* et 116.

ac si edidi ex A; vulgo *quodsi* legitur posteriore, *aut si* priore loco. — 120. *ut dragma superet gravior* editum est ex A³ et vestigiis primae manus in eodem codice. Sed altius vitium hoc loco latere videtur. Accedit rei ipsius difficultas, quam non plane expedit Klügelius; sed de ea re non est hic disserendi locus. — 126. *hoc ABC Schenkelius, id* vulgo. — 127. *Syracusi* A'B contracta genetivi terminatione, ut supra vs. 71. 80. *sextari*. Vulgo *Syracosii*. — 130. *conperto* A. — 144. *quotve* pro *quotque* scribendum esse videtur Christio in Mus. Rhen. XX p. 72 s. — 151. *sub aquis fiet* ABC Schenkelius, quod quo iure Endlichero glossematis loco visum sit, equidem non intellego; immo vulgatum *subsistet enim* pessime est interpolatum. — 157. *corrupti* codicum scriptura, etsi difficilior est, tamen nec a rei ratione nec a stilo huius poetae aliena videtur. Vulgatum *corrupto* revocat Christius l. c. p. 71. — 161. *quaevis librae* ABC Schenkelius. — 179. *causaque* ego, *causa et* Schenkelius, *causa* contra numerum Endlicherus ex A. — 187 s. hos versus recte distinxit et explicuit Christius l. c. p. 73. — 195. *cybi* ex A, ut vs. 62; *cubi* Endlicherus.

121. Idem carmen de ponderibus codex Parisinus 7461 membr. saec. XIII alio ordine dispositum et duobus supplementis, sed iis alienis a genuino contextu, auctum exhibet. Hinc et ipsum carmen et ea quae dixi supplementa edidit L. Angeloni in libro qui inscribitur *Sopra Guido d'Arezzo dissertazione* (Paris. 1811) p. 227 ss. (supplementa repetivit Orellius in appendice ad Phaedri fabulas p. 240 ss., sed falsum codicis numerum 7211 attulit deceptus errore Angelonii p. 225). Ex his supplementis alterum, quo de librae partibus agitur, ego Parisiis ex eodem codice 7461 descripsi, quae opera propter multos Angelonii errores minime inutilis fuit. Praeterea haec ex eo codice enotavi. Continet fol. 1—16 Guidonis micrologium in musica, fol. 19—27 Odonem de musica. Folia autem quae interserta sunt, 17 et 18, contrario ordine colligata sunt ac per argumentum scripturae oportuit. Nam in fol. 18 incipit sine inscriptione carmen de ponderibus *Pondera poenitis uete-*

rum memorata libellis idque perducitur ad vs. 55 semuncia maior. Tum intercalati sunt duo versus

Haec de ponderibus. si cetera signa requiris

Ex ipsis veterum poteris cognoscere cartis.

Sequuntur carminis de ponderibus versus 124 *Nunc aliud* usque ad 163 *sine aquis*, ubi omnes libri manu scripti praeter Bobiensem, ut supra dictum est, desinunt. Haec excipiunt duodecim versus de planetis iidem quos Angelonius edidit p. 232 (repetivit Orellius p. 242): *Signifer — conficit orbem.* Hic desinit scriptura in codice ac relinquitur vacuum spatium, unde apparet librarium ipsum nihil habuisse quod adderet. Iam recenseamus fol. 17. In hoc ea pars carminis de ponderibus perscripta est qua de mensuris et variis liquorum ponderibus agitur. Sed pro genuini carminis versu 56 *Haec de ponderibus: superest pars altera nobis*, hic substitutus est

Nunc et mensuras dicamus carmine uero;

sequuntur versus genuini carminis 57—121; tum pro versibus 122 et 123 haec leguntur

Haec de mensuris tibi sint quae signa requiris;

postremo autem additi sunt viginti illi versus de ponderibus qui in nostra editione locum habent fragmenti 121. Quos, ut dixi, ipse descripsi e cod. Paris. 7461 (A), et adnotavi variam scripturam codicis Thuanei a Meyero citati (*Thu*). Etenim iidem versus in tria fragmenta distracti leguntur in Anthologia Burmanniana (apud Meyerum carm. 1066—68). Ipse autem Burmannus quibus subsidiis usus sit, haec eius verba declarant (Anthol. Burm. vol. II p. 404): *tria haec epigrammata — ex vetustissimo codice S. Germani, in quo subscripta legebantur Rhemnio Fannio de ponderibus, in suas schedas coniecerat N. Heinsius, e quibus ea his inserui, ne perirent. eadem aliquando descripsi Leidae ex codice Vossiano, in quo uno tenore tria haec coniuncta legebantur. — versu primo edidi Libra vel as pro vitiosa codicis scriptura Libralis as et v. 4 retracta pro tetracte*. Ex his Burmanni verbis sane cognosci non potest, utrum *codicem* his duobus locis ad quos varias scripturas affert intellexerit. Quod utut est, reliquis locis Burmanni scriptura eam

habet auctoritatem, ut, sin minus ubique, tamen plerumque codicis Sangermanensis esse putanda sit, quapropter eam diligenter adnotavimus (*Bu*). Nec omisimus Angelonii editionem (*Ang*). — Vs. 4. Schenkelius (*Sitzungsber. d. Wiener Akad.* 1863 p. 57 adn.) pro *ter acta* suadet *ter apta*; sed quid merito reprehendi potest in illa scriptura ex A repetita? (conf. Christium in *Mus. Rhen.* XX p. 65). — 10. *stater ac* distincte habet A; egregie igitur confirmata est Schenkeli coniectura idem ex corrupto *staterae* restituentis. Orellio in mentem venerat *statue ac*. — 11. recte libri AB et Thuaneus habent *terna duae sesclae pars est*, h. e. tertia pars unciae dicitur duae sextulae. Schenkelius vult *terna duplae sesclae par est*, quod falsum esse demonstrat Christius l. c.

122. Latinam Epiphani versionem primus edidit Le Moyne (*Varia sacra.* Lugd. Bat. 1685. vol. I p. 490—95), usus codice, ut videtur, Parisino 8680 (vide Mommsen. ad *Maecian.* p. 286). Nobis in hac nova editione auxilio venit prompta Wolfg. Helbigii comitas, qui Vaticanum cod. 3852 (inde a fol. 122^b extr.) accurate cum Le Moynii libro contulit. Atque huic quidem codici, quem A notavimus, merito a nobis maiorem quam Le Moynio auctoritatem tributam esse facile cognosces ex variis scripturis quas ad p. 101, 23. 102, 2 (coll. Epiph. p. 263, 6. 9), vel ad p. 102, 14. 103, 1 adnotavimus. — In scribendo verbo *existere* librarius codicis A s post x aut posuit (p. 102, 7. 106, 19) aut omisit (p. 103, 21. 104, 1), quem usum ego ubique secutus sum. At *quattuor*, quod p. 102, 16 enotatum inveni ex A, dedi etiam p. 101, 4, ubi ex silentio idem *quatuor* habere videtur. — P. 101, 15 et sana grammaticae ratio et contextus Graecus suadent *manifestum* pro *manifestus*. — P. 102, 20 in *per*, quod seclusi, vestigium antiquae scripturae servatum esse apparet collato *Isid.* p. 116, 19 et *Epiphan.* p. 263, 20. Nimirum pro κόπτεσθαι, quod apud Epiphanium legitur, in alia eius tractatus forma olim fuisse videtur κοπή, unde *cope* pro *per* hoc loco, idemque pro *cote* p. 116, 19 restituendum. — P. 105, 14 verba *qui coepit ferire pecuniam*, quoniam *qui* abest ab A, pro glossemate habeas, quam suspi-

tionem augeat collatus Epiphantii locus supra p. 266, 18; sed vide ibid. p. 269, 16. — Denique hoc loco mentio facienda est codicis Bernensis in prol. § 124, I ex Useneri litteris adumbrati.

123—127. Ex Isidori etymologiarum libris quae capita in hanc collectionem contuli, ea quam emendatissima edidi ex tribus codicibus vetustissimis quos Frid. Otto in recensendo Isidori opere turpiter neglexit recentioribus codicibus iisque multo deterioribus incredibili animi sordida praelatis. Sunt autem illi vetustiores quos dixi

A = cod. Guelferbytanus Weissenb. 64; membranaeus forma quadrata, saeculi VIII; continet Isidori etymologiarum libros XX foliis 338;

B = cod. Monacensis Lat. 6250 saec. IX (olim Frisingensis 50);

C = cod. Monac. Lat. 4541 saec. X (olim Benedict. 41). Ex his Guelferbytanum excussi aestate anni 1864; Monacensium codicum scripturam insigni humanitate misit ad me Guil. Christius, cui ob eam rem gratias egi in exordio prioris voluminis. Qui cum ad Ottonianam editionem codices contulisset, ego omnem eorum scripturam quae ex silentio, ut aiunt, efficitur notavi addita littera *ø*, i. e. *vulgo*. De ratione quam in his Isidoriani operis partibus secutus sum uberiorem disputationem instituere non possum, ne angustiores fines quibus haec praefatio circumscribitur immodice egrediar: faciam igitur, si potero, alio loco; sed hoc omitti non posse video permulta glossemata et interpolationes vel in hac exigua totius operis parte inveniri. Ac primum commemoro duas eius generis corruptelas easque graviores abesse ab *A* (v. adnot. ad p. 109, 6 et 122, 4 coll. Ottone p. 486, 3. 522, 1); tum alio loco ex eodem codice similis additamenti originem perspicue cognosci. Etenim verba quae apud nos p. 110, 20 ss. leguntur in *A* sic perscripta sunt:

Pondus prius legitur moyses inuenisse
Primus fiton argiuus ponder_x rationem

cetera. Ex his *Pondus* pertinet ad priora; verba autem *prius legitur moyses inuenisse* addita esse apparet ab

homine sacrarum litterarum studioso, qui Phidoni pagano hunc honorem tribui nollet, ut primus pondera invenisse diceretur; ac praeterea ipse Isidorus viam glossematis adscribendi quasi praemonstraverat his verbis: *et licet alii antiquiores extiterint*. Iam hoc breve glossema quod in A deprehenditur, in Monacensibus libris atque Gudiano I quo Otto usus est, sic est amplificatum: *Primus Moyses qui omnes antecedit gentilium philosophos (filosofos B¹) tempore novit (nobis Otto) et numeros et mensuras et pondus in diversis scripturae suae (scripturisue B¹) locis narravit*. Tertia autem eiusdem glossematis forma vulgata erat ante Ottonem: *Primus Moyses in heremo filiis Israel pondera et mensuras dedit*; quarta est in Gudiano II: *Primus Moyses Hebraeis, prius Sidon Argivis ponderum rationem* cet. Tantam igitur corruptelarum labem una brevior glossa secum traxit. quo demonstrato facilius ab omnibus concedetur etiam in A haec interpolata esse quae iam in conspectu propositurus sum: p. 108, 1 *undique* ex vs. 3 inculcatum est ab homine qui *quoque* coniunctionem esse putaret. Sed et haec ipsa coniunctio aliena est ab hac tabula mensurarum et *undique versus* minus aptum quam *quoque versus*. Nam aut sic scripsit Isidorus (ut Caesar d. b. G. 3, 23, 2 et *quoque versus* idem 7, 4, 5. 14, 5) aut *quoquo versus* cum Columella, quem omnino in hac tabula componenda secutus est (v. fr. 111 § 4). — p. 111, 11 *ea* obscurum est post verba *haec et morteta vocata* et haec ipsa per se suspecta; quibus eiectis omnis oratio bene procedit. — p. 112, 12 verba *latine* etc. variant eam sententiam quae § 9 legitur; ab hoc autem loco aliena sunt. — p. 115, 9 non potest Isidoro tanta barbaries tribui, ut *talentum minor medius* cet. dixerit, haec igitur omnia sine dubio eiicienda (eadem corruptissima esse iudicat Ritschelius ad Plaut. Most. v. 647), nec quidquam operae in his explicandis perdendum. — p. 116, 10 *qui triplicatus* est coclear, eadem igitur Latini sermonis ignorantia hoc etiam loco prodit interpolatorem. — p. 118, 2 ss. haec omnia variata sunt ad similitudinem eorum quae antea scripsit ipse Isidorus. — p. 119, 8 verba *modius enim* cet. partim repetita sunt ex

initio eiusdem paragraphi, partim plene aliena ab Isidori argumento; atque etiam vestigia quaedam in B et C glossa indicant.

Praeterea haec fere adnotanda videntur: p. 109, 2 *lira* ex C (B), non *lyra* cum A; scripsimus secundum Columellam 2, 4, 8: *liras autem rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat.* Quamquam huius ipsius loci comparatio aliam suspicionem movet, utrum genuina illa sint quae contorta e Columellae verbis apud Isidorum leguntur, an ea quoque interpolata. — P. 112, 16 *negari* vix posse existimo, quin post *accepit* interciderit Graecum ὀβολός (an ὀβελός?); atque idem valere videtur ad eiusdem paginae vs. 9, ubi Graecam appellationem eius arboris restituendam esse duxi, cuius fructus graece κεράτια, latine siliquae vocantur (conf. vol. I p. 89). Vide praeterea infra ad p. 120, 4. — P. 113, 2 *argenti* non tentandum, quamvis proclive videatur *argentei* scribere: conf. p. 121, 22. — P. 114, 5 scripturam codicis A *appendeat* comprobant excerpta ex Isidoro p. 140, 17 (*appendent* pro *appendunt*) et Apic. 8, 7 extr. (*appendeas*) — P. 114, 14, ubi vulgatum *vinciat* retinui, Isidorus *uniciat* scripsisse videtur ex novo quodam verbo *unicire*, quod similiter finxerit ac p. 117, 9 *congire*. — P. 116, 3 dubitatio relinquitur de activa forma *metire*, quam pro *metiri* habent AC. Mihi ex iis locis quos novi haec de Isidori usu loquendi regula constituenda videtur, eum activis formis abstinere, passivis autem promiscue et activam et passivam vim tribuere. Nam leguntur cum vi activa *metitur* p. 114, 17. 119, 16 et *metiuntur* p. 116, 6; contra cum vi passiva *metitur* p. 117, 7 et *metiatur* p. 120, 16. — P. 116, 19 de *cote* vide supra ad fr. 122. — P. 118, 12 integrum est *eo* in verbis *inde tracta est eo quod*: conf. p. 113, 15 *ideo* — *eo quod*, et p. 121, 20 *propterea* — *eo quod*. — P. 120, 4 verba *haec graece a figura sui* cet. per se ita explicari possunt, ut *amphora* inepte ex ἀμφί et *auris* derivatum esse dicas. Verum certe Isidorus ipse hac culpa purgandus est, qui *amphora* recte ex ἀμφί et φέρειν duxerit (vs. 3).

Ergo aut illa quae dixi interpolata sunt, aut Isidori genuina oratio turbata est eo loco, ubi *dicta dicitur* in A suspectum est collatis reliquis codicibus. Quodsi pro *dicta* interponas Graecum ὤρων, quod vocabulum servatum est in Heronianis reliquiis (Ster. II. 3. 25), nihil iam suspecti hoc loco relinquitur. — P. 123, 7 notam talenti T^A, in omnibus libris corruptam, servavit integram codex Mutinensis fr. 136, 22.

128. Vide Gromat. ed. Lachmanni. p. 95, 11—96, 20.

129. V. ibidem p. 245, 5—246, 6. Ad hanc tabulam omnem codicis Arceriani (A) variam scripturam ex Lachmanni editione repetivi.

130. 131. V. ibidem p. 354, 2—10 et p. 359, 11.

132. Tabulam codicis Bobiensis repetivi ex Endlicheri libro: vide prolog. § 122 adn. 1.

133. Tabulam ponderum ac mensurarum e codice Bernensi 83 saec. IX et X (fol. 84^b) descriptam comiter ad me misit Car. Halmius. Hic primum offendit ingrattissima illa difficultas, quae ad proxima quoque fragmenta pertinet, ut notae ponderum ac mensurarum apte et commode ex codicibus manu scriptis in hunc librum typis expressum transferrentur. Primum enim, ut iam in priore volumine significavi, non licuit contendere, ut tanti sumptus in excudendas novas formas fierent; tum vero ne utile quidem esse duxi depravatos codicum ductus typis repetere. Ita cum diu fluctuassem iudicio, quo modo ex his angustiis salva fide quae criticum decet me expedirem, hanc rationem sequendam esse existimavi: primum, ubicunque notas manu scriptas depravatas esse appareret ex antiquioribus et integris, has infra edidi, illas autem depravatas hic in praefatione aut verbis descripsi aut novis typis expressi; deinde, sicubi nota manu scripta non comparari posset cum antiquiore ulla, illam ipsam infra edidi; denique extrema hac praefatione conspectum quendam omnium notarum confeci. — Iam ut ad propositum perveniam, primum explicandae sunt notae quibus assis partes et in hac tabula et in proximis librarii veterum codicum expresserunt. Sextantis sive duarum unciarum nota in codice Bernensi est \mathfrak{S} , similis fere in Gudiano, quam vide apud Lachman-

num in Gromat. p. 339, 27; paulo diversa legitur in Mutinensi libro sic fere Z (fr. 135 § 14). Tum in eodem Mutinensi aliis locis ea forma comparet quae simillima est Graecae litterae Z , quam expressit Christius, cum ex codice Bambergensi saec. X et XI Victorium et Abbonem edidit, p. 136 vs. 7, p. 141 cet.¹⁾ Ego ubique Graecum Z dedi; antiquior autem forma fuit Z , quae saepius reperitur in Frontini codice Cassinensi. Iam huic sextantis notae si additur brevis lineola oblique ducta (quae proprie transversa esse debuit sic —, unciam significans), fit quadrans, sic Z' . Sed hi ductus, quod nemo mirabitur, in codicibus in unum contracti sunt: vide Lachmann. p. 339, 28, Christ. p. 136 vs. 13, p. 141 vs. 16, p. 143 cet. Porro triens est duplicata sextantis nota, sic ZZ , tum quincunx constat ex sextante et quadrante, sic ZZ' . Haec accurate expressit Lachmannus p. 339, 29, p. 340, 1. Et in codice Bernensi eodem modo triens contractus est ex duplicata sextantis nota quam supra exhibui, quincunx eadem duplicata et virgula obliqua addita exaratus. In Mutinensi autem et Bambergensi codice hae notae turbatae sunt, siquidem triens compositus est ex quadrante et semisse, $\text{Z}'\text{S}$ (Christ. p. 143 vs. 21), quincunx ex quadrante et septunce, $\text{Z}'\text{S}'$ (Christ. ibid. vs. 20), quae perversa esse apparet. — Sequitur semis, cuius antiquam notam S ita tactum mutavit librarius codicis Bernensis, ut cornua supra et infra paulo brevius duceret. In Mutinensi codice itemque in Gudiano (apud Lachmann. p. 339, 7. 8. 340, 2 ss.) ductus exstant admodum similes notae S . Denique in Bambergensi S ita extenuatum est, ut accedat ad formam S (v. Christ. p. 143, 19 cet.). Tum fit septunx addito unciali ductu, S' , qui ductus rursus in unum contracti sunt in codicibus. Bes compositus est ex semisse et sextante, SZ , dodrans ex semisse et quadrante, SZ' , dextans ex semisse et triente, SZZ , denique deunx ex semisse et quincunce, SZZ' . Haec omnia satis perspicue exarata sunt in Ber-

1) Ubi cumque infra de his notis breviter Christium citabo, scito intellegi eius commentarium de Victorii argumento calculandi (*Sitzungsberichte der Münchener Akad.* 1863. I. p. 100 ss.).

nensi, eadem diligenter expressa a Lachmanno, perturbata autem in Mutinensi et Bambergensi. Ac de Bambergensi quidem vide Christium p. 143 vs. 14—17: in Mutinensi bessis nota est SS , dodrantis SS , dextantis SSS , deuncis S S S .

Haec in universum de notis partium assis disserenda fuerunt: iam redimus ad ipsam codicis Bernensis tabulam et singula persequimur paragraphorum ordine. — § 12. In sescuncia nota lineola quae unciam significat per ipsum L perducta est sic L , similiter atque in codice Gudiano (apud Lachm. p. 339, 26). — § 15. Barbara vox *siclosescli* composita est ex siclo et *sescli*, i. e. sextula; nota igitur huius ponderis haec esse debuit, U^v , quae corrupta est in codice in ?^d . — § 16. *Duo sescli* sunt duae sextulae, quarum nota e binis U in codice hunc fere in modum contracta est, ω , sed extremus ductus ad dexteram partem paulo productus est. — § 17. *Siclus* est sicilicus, cuius integra nota est D , quae sic corrupta in codice, Q . — § 18. *Sescli* est sextula, cuius antiquam notam \backslash habent Maeciani libri, similem codex Gudianus (Lachmann. p. 339, 21); recentior nota U exstat in codice Bambergensi (Christ. p. 143 extr.) et Mutinensi. In Bernensi sic fere corrupte scriptum, I_- : ego edidi U convenienter cum nota binarum sextularum. — § 19. Dimidiae sextulae nota in codice est H ; ego eandem notam edidi atque apud Maecianum, A . — § 20. Scriptuli nota D eadem atque apud Maecianum legitur in codice, nisi quod lineola transversa paulo in obliquum ducta est. — § 21. Hic incipit secunda pars tabulae diversa a priore: ac porro etiam tertiam, quartam, quintam partem distinxi. — § 22. *Scribolus*, i. e. scripulus, in codice exaratus est per illam sicli notam quam modo ad § 15 exhibui, sed eam oblique perscriptam: voluit librarius genuinum D exhibere. — § 23. Dragmae nota in codice est $\text{I} \div$, corrupta ex < vel C : ego edidi < . — § 28. Scripuli nota in codice eadem est ac supra § 22. Ceterum verba huius et prioris sectionis foede interpolata sunt: voluisse videtur is qui primus haec adscripsit

\div Obolus medius scripulus.

D Scripulus denr. I.

C id est denr. II.

§ 29. Sextarii nota est S perscripta: debuit esse ξ . —
 § 31. Nota cotylae LS unde orta sit, non liquet: genuinum est K^o. — § 32. Sextarii nota eadem quae § 29. —
 § 33. Corruptam cyathi notam talem qualis in codice est repetivi: debuit esse K^v. — Ibidem et § 34 dragmae nota est L₂, similis ac supra § 23.

134. Hanc tabulam Lachmannus in Gromat. p. 339 s. edidit e codice Gudiano 105 saec. IX vel X (v. Blumium in Gromat. vol. II p. 42), quocum tantum non in omnibus rebus consentire dicitur Vaticanus 1564, olim Palatinus. Constat hoc fragmentum ex duabus partibus et re et auctoritate diversis. Nam prior pars quae est de mensuris porrectis et quadratis simillima est antiquioribus eius generis tabulis; altera autem pars exhibet ponderam appellationes incredibilem in modum corruptas. Quorum notas iis de causis quae supra demonstratae sunt paulo diversas edidimus a Lachmannianis e Gudiano repetitis; nam § 18 et 19 notae dimidia sextulae et sextulae paene iacentes expressae sunt apud Lachmannum, et § 20 sicilici nota ibidem est ζ dexteram versus partem iacens. Atque etiam § 21 nota binarum sextularum aliquatenus differt. De partibus assis (§ 24—34) supra dictum est ad fr. 133.

135. Hanc et proximam tabulam e duobus codicibus Mutinensibus descripsit D. Detlefsenus, idque apographum mihi concessit. Atque haec prior tabula in cod. 580 (IV. H. B) saec. XIII ineuntis adiuncta est Sereni Sammonici carmini. — § 1—12 notas omnes sic exhibui quales sunt in codice, nisi quod scripuli nota (§ 5) similior est binis SS perscriptis, perinde atque in codice Bambergensi (v. Christ. p. 142 extr., p. 143 vs. 10. 13). — § 13 sescunciae nota est ξ perscriptum: vide ad fr. 133 § 12. — § 14^{ss.} de notis v. praef. ad fr. 133 init. — § 24 mira est assis nota X, quam tamen ut ab auctore non spernendo traditam nolui immutare.

136. Hoc fragmentum legitur in codice Mutinensi 190 (V. C. 37) saec. XV med. Id plane compositum est secundum Isidorum (apud nos fr. 127). Maximi autem momenti esse videtur quod hic codex Mutinensis quamvis recentissimus talenti notam (§ 21) fere integram, ut videtur, habet,

cum eadem iam in antiquissimo Isidori libro (fr. 127 § 20) corrupta legatur. Quapropter altera huius codicis varietas minime negligenda est, qui § 11 addat dimidii solidi notam. Haec cum in codice sic fere exarata sit, IG (conf. variam scripturam ad p. 122, 4), latere hic videtur illa semmissis nota quam ex codice Vaticano descripsit Blumius in Gromat. vol. II p. 43. Tum pro *uita*, corrupta codicis scriptura, haud dubie scribendum erat *virga*: conf. Abbonem apud Christium p. 141 vs. 12: *ipsique figurae si e latere iungatur virga*.

137—139. Primam partem reliquiarum ex Isidoro excerptarum, quae est de mensuris agrorum et itinerum (fr. 137), Lachmannus in Gromat. p. 371—373, 19 edidit ex cod. Gudiano 105 (G). Nobis Wulf. Helbigius contulit codicem Vaticanum 3852 fol. 124^b (V). — In Gudiano libro continuo adscripta sunt duo alia fragmenta ex Isidoro excerpta, alterum *de ponderibus*, alterum *de mensuris in liquidis* (fr. 138. 139), quae nos repetivimus secundum Lachmanni editionem et adnotavimus, sicubi Gudianus a nostra scriptura discreparet. Vaticani autem libri auctoritate ad haec duo fragmenta edenda uti non licuit; quod unde factum sit, sic aptissime demonstrabo, ut Helbigii verba de ea re ad me scripta repetam: *In dem Codex sind die Blätter verheftet, was die Uebersicht ausserordentlich erschwert. . . Nachdem ich den Codex Blatt für Blatt durchgesehen habe, bin ich zu der Gewissheit gekommen, dass die beiden Tractate de ponderibus und de mensuris in liquidis in der von Lachmann herausgegebenen Form nicht in dem Codex stehen. Nach dem Ende des Tractates de mensuris [fr. 137] folgt in dem Codex ein Excerpt aus einer Abhandlung des h. Eucherius de uariis uocabulis. Fol. 109^b beginnt ein Tractat de ponderibus, dem eine Abhandlung de gemmis vorhergeht. Er fängt an Corporalia sicut scriptum est admissusque ad imum in mensura et numero et pondere disposita sunt atque formata. cunctis enim corporeis rebus pondus etc. [conf. Isidor. fr. 125, 1]. Hierauf folgen Bemerkungen über Gewichte und Münzen, welche zum Theil dem Lachmannschen Tractat nahe verwandt sind.*

Doch ist die Form theils ausführlicher, theils gedrängter. Das Ende lautet centenarium numeri nomen est eo quod centum librarum ponderis sit, quod pondus propter perfectionem centenarii numeri instituerunt romani [conf. Isid. fr. 125, 23]. Hierauf folgt fol. 111 de mensuris. Der Anfang lautet mensura est res aliqua modo suo uel tempore circumscripta. haec aut corporis est aut temporis [conf. Isid. fr. 126, 1]; das Ende coaceruati enim modii triginta instar collis uidentur et onus camelli efficiunt [conf. ibid. § 22]. Die Bemerkungen auch dieses Tractates sind dem Inhalt nach mit dem Lachmannschen Texte beinahe identisch, aber verschieden abgefasst. Haec Helbigius: unde satis apparet aliam formam excerptorum de ponderibus et de mensuris in liquidis inesse in Vaticano codice atque in Gudiano, atque eandem propius accedere uideri ad ipsa Isidori uerba quam Gudianum contextum a Lachmanno editum. — Denique hoc loco commemorandum est in cod. Parisino 8680 omnia tria fragmenta eodem ordine et eadem forma atque in Gudiano legi, sicut docet Mommsenus ad Volus. Maec. p. 287, qui Parisinum librum leuissimis tantum rebus a Gudiano discrepantem, ex hoc ipso descriptum esse suspicatur.

140. Salmasius in Refut. utriusque elenchi Cercopetaviani p. 25 afert *vetus fragmentum latinum de ponderibus in Antidotario R. B.* (i. e. Regiae bibliothecae), quod nos non omittendum esse duximus. Repetitur est ex Isidor. fr. 125, 17.

141. Calvi versionem repetivi ex ipsa Hippocratis editione principe Romana (= Ro), cuius exemplo Beroliuensi uti mihi licuit (vide prol. § 114 adn. 1), ubi haec Calvi interpretatio legitur p. DCXCVIII s. (in Basileensi repetitione p. 472 s.).

Restat denique ut conspectum variarum notarum quibus pondera et mensurae in his reliquiis significantur proponam; ac primum quidem assis partes suo ordine usque ad scripulum, tum reliquas notas secundum litteras persequar.

Assis partes duodenarias constat omnes duabus notis semissis et unciae significari, unciae autem antiquissimam notam fuisse globulum vel punctum. Ut de nummis taceam, puncta incisa sunt in lege parieti faciundo; est igitur :· quadrans (C. I. L. vol. I 577, 1, 14), :: triens (ibid. 2, 2. 22), S: bes (ibid. 1, 16), S:· dodrans (ibid. 2, 24). Alia eiusdem notationis exempla affert Marinus (*atti de' fratelli arvali* vol. I p. 228 vs. 14 ab ult.); idem vero mihi quidem dubitationem relinquit, habeatne inscriptio quam p. CXXX edidit puncta an, ut ille expressit, lineolas sic ~ curvatas. Tum in codice Cassinensi Frontini praeter lineolas saepe puncta reperiri compertum habemus diligenti F. Buecheleri cura (vide eius edit. p. xi. 19, 1: 6. 14). Sed in his metrologicorum scriptorum reliquiis semel punctum exstat in sescunciae nota hac C , quae est in codice Vaticano Maeciani (vide infra p. xxvii); reliquis locis uncia notari solet lineola transversa —, p̄inde atque in codice Cassinensi Frontini et in inscriptionibus (Marini l. c. p. 228 vs. 5 ss.), quae interdum aut curvatur sic ~ (vide infra p. xxvii, Marini p. 227 s.), aut ubi excurrans uncia deuncis, dodrantis, quincuncis, quadrantis significatur, vel directa est (ut in deunce S—|), vel oblique ponitur (vide infra deuncis, dodrantis, unciae notas, Buechelerum l. c. ad p. 22, 4. 7. 10).

Semunciae nota in lege parieti faciundo est E (577, 2, 4. 22); in libris manu scriptis fere ubique exaratum est C ; inveniuntur tamen etiam aliae formae quae ex antiquiore usu servatae esse videntur (vide infra p. xxvii, Buecheler. ad p. 18, 23. 19, 13. 17. 18. 20, 4 cet.). Ego apud Maecianum edidi X secutus Mommsenum in hist. numm. Rom. p. 199.

AS.

| 127, 13. 130, 24.

† 82, 7 *Prisc.*

X praef. p. xxii ad 135 § 24. p. 132, 6.

DEUNX.

S $\overline{\text{—}}$ — 63, 4. 68, 23 *Maec.*

S $\overline{\text{—}}$ | cod. Vatic. Maeciani apud Mommsen. ad p. 289, 16.

S $\overline{\text{—}}$ / codices Maeciani ibid. ad p. 293, 15.

SZ/ praef. p. xx. 127, 14. 130, 23. 132, 5.

DEXTANS.

S $\overline{\text{—}}$ — 62, 32. 68, 20 *Maec.*

SZ/ praef. p. xx. 127, 15. 130, 22. 132, 4.

DODRANS.

S $\overline{\text{—}}$ — 62, 28. 68, 14. 17 *Maec.*

S $\overline{\text{—}}$ | cod. Vatic. Maeciani apud Mommsen. ad p. 289, 10.

S $\overline{\text{—}}$ / codices Maeciani ibid. ad p. 293, 8.

SZ/ praef. p. xx. 127, 16. 130, 21. 132, 3.

BES.

S $\overline{\text{—}}$ — 62, 24. 68, 12 *Maec.*

SZ/ praef. p. xx. 127, 17. 130, 20. 132, 2; eadem nota restituenda videtur 126, 20 s., ubi omisso *uncias*, quod coniectura addidi, post *libras* lxxx pro VIII nunc scribi malim SZ.

SEPTUNX.

S $\overline{\text{—}}$ — 62, 20. 68, 9 *Maec.*

S/ praef. p. xx. 127, 18. 130, 19. 132, 1.

SEMIS.

S praef. p. xx. 19. 62, 2. 68, 4. 6. 69, 32. 70, 3. 7. 11
Maec. 82, 9 *Prisc.* 128, 17. 18.

S praef. p. xx.

S praef. p. xx. 127, 19. 129, 22. 23. 130, 18. 131, 24.

QUINCUNX.

$\overline{\text{—}}$ — 18. 62, 18. 68, 1 *Maec.*

$\overline{\text{—}}$ | codices Maeciani apud Mommsen. ad p. 289, 3.

ZZ/ praef. p. xx. 127, 20. 130, 17. 131, 23.

TRIENS.

≡ 62, 4. 67, 28 *Maec.*

ΖΖ praef. p. vi. xx. 59, 24. 61, 1 *Hyg.* 127, 21. 130, 16. 131, 22.

QUADRANS.

≡ 62, 6. 67, 22. 25 *Maec.*

≡ ~ cod. Paris. Maeciani apud Mommsen. ad p. 292, 23.

Ζ praef. p. xx. 127, 22. v. *scr.* ad 128, 18. 130, 15. 131, 21.

SEXTANS.

≡ 62, 7. 67, 20 *Maec.*

Ζ praef. p. xx. (Buecheler. ad Frontin. d. aqu. p. xi. 18, 21. 23. 19, 8. 11. 14. 19 cet.)

Ζ praef. p. xx. 127, 23. 130, 14. 131, 20: de aliis huius notae formis vide supra p. xix extr. xx.

SESCUNCIA.

Ξ 62, 9. 67, 18 *Maec.*

Ξ codices Maeciani apud Mommsen. ad p. 288, 17.

Ξ cod. Vatic. Maeciani ibid. ad p. 292, 18.

Ξ praef. p. xxi ad § 12. xxii ad 135 § 13. cod. Paris. Maeciani apud Mommsen. ad p. 292, 18.

Ξ 127, 24. 130, 13. 131, 19.

UNCIA.

— praef. p. xx. 61, 4 *Hyg.* 62, 10. 12 *Maec.* 130, 12.

/ praef. p. xx; similiter excurrentis in dodrante unciae nota exarata est in codicibus Maeciani: vide Mommsen. ad p. 293, 8. 15; similis nota ibidem coaluit cum signo distinctionis: vide ad p. 292, 21.

~ 128, 1. codices Maeciani ibid. ad p. 292, 23.

~ 128, 14.

(131, 17.

SEMUNCIA.

Ξ 64, 19. 67, 16. 25. 28. 68, 6. 9. 17. 20 *Maec.*

Ξ codices Maeciani apud Mommsen. ad p. 290, 17.

℄ 128, 2. 13. 130, 11. 131, 15. codices Maeciani fere ubique (praeter 290, 17. 293, 13).

S codices Maeciani apud Mommsen. ad p. 293, 13.

DUAE sive BINAE SEXTULAE.

∩ 62, 10. 64, 21 *Maec.* 130, 10.

∥ codices Maeciani apud Mommsen. ad p. 288, 18.

∪∪ 128, 4. 131, 13; conf. praef. p. XXI ad § 16. XXII ad 134 § 21.

SICILICUS.

∪ 18. 64, 23. 67, 16. 20. 25. 68, 1. 6. 12. 17. 23. 128, 5. 130, 9. 131, 11; aliae notae supra descriptae sunt p. XXI ad § 17. XXII ad 134 § 20.

SEXTULA.

∪ praef. p. XXI ad § 18. p. 64, 24 *Maec.* 130, 8; conf. praef. p. XXII ad 134 § 18.

∪— praef. p. XXI ad § 18.

∪ praef. p. XXI ad § 18. p. 128, 6. 131, 9.

DIMIDIA SEXTULA.

⌘ praef. p. XXI ad § 19. p. 64, 26 *Maec.* 128, 7. 130, 7; eadem nota paene iacens expressa: vide p. XXII ad 134 § 18.

† praef. p. XXI ad § 19.

ψ 131, 5.

SCRIPULUM.

∩ praef. p. XXI ad § 22. p. 128, 10. 16. 22.

∩ praef. p. VII. XXI ad § 20. 64, 28 *Maec.* 128, 8. 131, 3.

∩∩ praef. p. XXII ad 135 § 5.

RELIQUAE NOTAE PONDERUM ET MENSURARUM.

ACETABULUM.

≡^o 123, 3 *Is.* (conf. adnot.).

ARGENTEUS.

T 128, 12.

CERATES.

3 131, 1.

CERATIUM.

K^e 134, 21.

CHALCUS.

Or 130, 26.

CHOENIX.

X^o 123, 9 *Is.* (conf. adnot.).
135, 5.

CONGIUS.

Z 71, 17 *Maec.*

COTYLE.

LS praef. p. xxii init. 128,
20.

CYATHUS.

TI 71, 22 *Maec.*

K^u 122, 14 *Is.*

K^y 134, 16.

∞ 128, 22.

DENARIUS.

* 18. 19. 66, 28. 67, 16
cet. *Maec.* 83, 6 *Prisc.*

DRACHMA.

< 122, 5 *Is.* 128, 11. 22.
23. 129, 1. 134, 7.

⊥ praef. p. xxii ad § 33.

⊥ praef. p. xxi ad § 23.

* 131, 7.

||Z v. scr. ad 134, 7.

DUPONDIUS.

† 82, 8 *Prisc.*

HEMINA.

Q 71, 20 *Maec.*

K^o 122, 16 *Is.* 134, 18.

l 128, 18.

LIBELLA.

— 19. 20. 69, 8. 22. 28.
70, 3. 7. 11 *Maec.*

LIBRA.

Λ 122, 12 *Is.* 134, 14.

Π v. scr. ad 122, 12.

MINA.

^NM 123, 5 *Is.* 135, 1.

MODIUS.

⊙^I 71, 15 *Maec.*

OBOLUS.

— 121, 14 *Is.* 133, 19.

÷ 128, 15.

▷ 131, 2.

∇ *v. scr.* ad 133, 19.

Dimidius obolus.

Z 121, 13 *Is.*

τ 133, 18.

Duo oboli.

= 121, 16 *Is.*

Z 133, 21.

Tres oboli.

T 121, 17 *Is.* 133, 22.

Quattuor oboli.

F 121, 18 *Is.* 133, 23.

Quinque oboli.

E 121, 19 *Is.*

€ 133, 24.

QUADRANTAL.

q^l 71, 13 *Maec.*

QUARTARIUS.

ι(7) 71, 21 *Maec.*

QUINARIUS.

∇ 66, 28 *Maec.*

SEMODIUS.

⊙^o 71, 16 *Maec.*

SEMUNCIA.

NG 122, 8 *Is.* 134, 10;
conf. infra unciae notam.

SESTERTIUS.

HS 66, 29 *Maec.* 82, 10
Prisc.

SEXTARIUS.

∪ sextarius ad vinum 71, 18

Maec.

Σ, sextarius ad granum,
71, 19 *Maec.*

≡^e 123, 1 *Is.* (conf. adnot.).

§ 128, 17. 21.

∫ praef. p. xxii ad § 29.

SICLOSESCLI.

∪^o 128, 3; conf. praef. p.
xxi ad § 15.

SILIQUA.

— 128, 9.

∫ 130, 27. 132, 9.

SINGULA.

Σ 19. 20. 69, 22. 28. 70,
7. 11 *Maec.*

£ codices Maeciani apud
Mommsen. p. 294, 10.
14. 22. 26.

SOLIDUS.

N 121, 3 *Is.* 134, 3.

Dimidius solidus.

IB *v. scr.* ad 122, 4.

∨ 134, 5; conf. praef.
xxiii init.

TALENTUM.

T^A 123, 7 *Is.* (conf. adnot.).
135, 3.

TL *v. scr.* ad 135, 3.

TERUNCIUS.

T 19. 20. 69, 8. 28. 70, 3.
11 *Maec.*

TREMISISS.


H 122, 1 *Is.* 134, 1.

UNCIA.

▯ 122, 10 *Is.* 134, 12.

URNA.

q^s 71, 14 *Maec.*



PROLEGOMENA
IN
SCRIPTORES ROMANOS.





Pauca in universum dicta praemittuntur.

- In Romanis scriptoribus ex ordine componendis aliam rationem sequi debuimus ac prius in Graecis reliquii. Nam cum ex illis longe plurima et incertis auctoribus tradita essent et de plerisque, qua aetate orta essent, ambigeretur, omnem materiam in quinque maiores partes distinximus, atque in singulis demum partibus, quantum fieri posset, temporum ordinem secuti sumus. Sed in hoc volumine cum maximam partem certi scriptores iique nobilissimi quasi testes producendi essent, certam temporum seriem constituere licuit a Varrone usque ad Priscianum et Victorium. Tum priusquam ad Isidorum, hoc est septimum saeculum, transiremus, carmina duo de ponderibus posuimus, quorum alterum fere quarto, alterum quinto sextove saeculo scriptum esse videtur. Denique post Isidorum relicta sunt pauca fragmenta, quae manifesta aetatis nota carerent; sed satis probabile videbatur, etsi origo nonnullorum ad priora tempora pertineret, tamen in eam formam quae in libris manu scriptis exstat illas reliquias non ante Isidori aetatem, multas etiam aliquanto post redactas esse.

E Varronis libris tres locos gravissimos illos elegimus quibus de pecunia signata et de agri mensuris agitur. Ad quos, si perpetuis commentariis in hac praefatione omnes scriptores illustrare vellemus, multa hoc loco addenda essent; at cum ea tantum explicare propositum sit quibus aditus quasi patefieret ad auctoritatem singulorum scriptorum recte adhibendam; nihil tale postulare videtur Varro auctor omnium locupletissimus.

De Columellae tabula mensurarum agrestium.

Initio libri quinti de re rustica Columella omnia se
persequi posse negat quae ab aliis velut ommissa desideren-

tur. Ut M. Trebellium, familiarem suum, de agris commetiendis rationem a se requisivisse. Quod cum ipse non agricolae, sed mensoris officium esse censeat, tamen se et Trebellio et Silvino, ad quem libri de re rustica scripti sunt, desiderantibus praecepta mensurarum obsecuturum esse; sed dandam esse veniam, si quid in ea re fuerit erratum, cuius scientiam, geometrarum magis quam rusticorum propriam, ipse sibi non vindicet.

His praemissis primum varias agrorum mensuras enumerat, tum easdem breviter describit. Ita cum ad iugerum pervenerit, iugeri partes eas persequi instituit quae cadant in aestimationem facti operis. Incipit autem a minima parte, id est a dimidio scripulo, idque et quota pars sit iugeri et quot ipsum pedes habeat accurate exponit, itemque deinceps in reliquis partibus. Tum praecepta quaedam addit de iis agris metiendis, in quorum formas ipse iugeri modus non quadraret, quos aut quadratos esse scribit aut longos aut cuneatos aut triquetros aut rotundos aut etiam semicirculos vel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibere. Quae formae quomodo commetiendae sint, singillatim demonstrat. Unde autem Columella hanc mensurae ineundae doctrinam repetivisse videtur? Nimirum, ut ipse dicit, a geometris, iisque Romanis, quos gromaticos vocare consueverunt. Sed a quibus illi ipsi eam artem docti sunt? Sane a Graecis. At ego in hoc non acquiescens, quoniam ab auctore Graeco, quaero. Evolve Heronis geometriam nuper a nobis editam: habebis fontem copiosissimum, unde agrimensores Romani praecepta artis suae hauserunt. Nec omisi ego singulos Heronis locos conquirere, quorum ad similitudinem exempla a Columella proposita scripta esse viderentur¹⁾. In quibus quamquam et mensurae, ut Aegyptiae a Romanis, discrepant, et nu-

1) Ad Columellae cap. 2 § 1 et 2 confer Her. geom. cap. 5, 1 — ad § 3 Her. cap. 6 — ad § 4 Her. cap. 62 — ad § 5 Her. cap. 14 — ad § 6 Her. cap. 7 — ad § 7 Her. cap. 87, 4. 88, 6 — ad § 8 Her. cap. 93, 8 — ad § 9 Her. cap. 94, 1 — denique ad § 10 Her. cap. 102, 4, ubi apparet Columellam eodem Heronis libro usum esse quem epitomator ἄλλο βιβλίον appellat.

meri diversi sunt, ratio tamen metiendi calculosque ponendi atque ipsa etiam verba mirifice inter se congruunt, ut quodammodo interpretatum esse dicas Latino sermone Heronis locos Columellam.

Quam rem nec neglegendam nec parvi faciendam esse existimo. Nam cum ea geometriae Heronianae forma quae in libris manu scriptis exstat ad tertium fere saeculum p. Chr. n. referenda esse videatur, facile quis possit suspicari in hac recentiore forma paene nihil genuini coloris servatum esse. Quod minime verum est. Nam e Columellae quidem exemplis perspicimus eandem fere geometriae formam quae nobis in manibus est iam Augusti temporibus vulgatam fuisse, unde et brevior est et expeditior reditus per unius saeculi spatium ad ipsam Heronis aetatem. Aliquantum igitur affert Columellae locus ad nostram sententiam confirmandam, Heronis geometriae eam formam quae nobis servata est paucis tantum iisque levioribus rebus diversam esse ab antiquo ipsius Heronis libro.

De Frontino, -Hygino, Balbo, gromaticis.

Omnis gromaticorum disciplina quantum valuerit in 111 imperio Romano quantoque momento scripta eorum aestimanda sint, egregie demonstraverunt Niebuhrius aliique¹⁾. Quapropter insignis gratia debetur Lachmanno, qui infinito paene labore suscepto illos libros primus ita ediderit, ut genuina scriptura, quantum fieri posset, restitueretur. Nec defuit eiusdem opera ad illustranda ea quae, quamvis gravissima essent, omnes tamen priores latuissent. Nam is primus accurate demonstravit Iullum Frontinum, antiquissimum et eruditissimum scriptorem de rebus gromaticis, eundem esse atque illum Frontinum qui de re militari ac de aquae ductibus scripsit²⁾. Aequalis igitur fuit impera-

1) Illustrem Niebuhrii locum de ea re scriptum (*Kleine hist. u. philol. Schr.* II p. 81) repetivit Blumius in *Gromat.* vol. II p. 4. Ac praeter Niebuhrium et ipse Blumius et reliqui omnes quorum commentarii in altero gromaticorum volumine collecti sunt illorum scriptorum laudes uaxerunt.

2) *V. Gromat.* II p. 101 s.

toribus Flaviis vitamque perduxit ad Traiani tempora. Cuius e libris gromaticis varii loci excerpti exstant, quorum prior pars instructa est commentario Aggeni Urbici. In altera autem parte, quae ex libro Frontini secundo excerpta esse traditur, primum agit scriptor de limitibus, atque ibi (p. 30) de actu, iugero, sorte, agrestibus mensuris, ea exponit, quae nos separatim edidimus (fr. 112).

Aequales fere Frontino constat fuisse Balbum et Hyginum, ita tamen, ut hi libros suos postea scriberent quam Frontini libri editi sunt. Nam Hyginus quidem usus est Frontino auctore³⁾. Scripsit autem Hyginus de limitibus et de condicionibus agrorum ineunte imperio Traiani anno fere p. Chr. n. CIII⁴⁾. Atque eadem prorsus est Balbi aetas, qui se librum suum consummavisse dicit, postquam Traianus imperator victoria Daciam proxime reseraverit ipsique e septentrionali plaga annua vicē transire permiserit⁵⁾.

Ex Hygini libro (p. 121 ss.) in hac collectione repetivi ea quae de variis agrorum mensuris traduntur (fr. 114), quem ad locum illustrandum nihil hic addendum videtur⁶⁾.

3) V. Lachmann. II p. 139.

4) Conf. ea quae Lachmannus p. 139 collegit. Primum constat Hygini librum post prius bellum Dacicum scriptum esse. Porro si recte suspicatur Lachmannus, quod provincia Dacia ab Hygino non commemoretur, scripsisse eundem ante bellum Dacicum alterum; fere relinquatur annus 103. Verum etiamsi istam coniecturam de provincia Dacia non commemorata reiicias, utique hoc verum manet sub Traiani imperio librum confectum esse.

5) Non ipso nomine, sed omnino vel *sacratissimus imperator* (p. 92, 7), vel *maximus imperator* (p. 93, 7) appellatur Traianus; nec tamen dubium esse videtur, quin is fuerit Traianus, non Domitianus, cuius praeter Traianum rationem habendam esse recte scribit Mommsenus (Gromat. II p. 147). Iam cum statim post victoriam Dacicam redierit Balbus ac deinde annuo spatio librum confecerit (p. 93, 6); prout prius aut alterum bellum Dacicum intellegendum est, anni relinquuntur inter 102 et 106 ineuntem.

6) Vide de mensuris ab Hygino traditis Rudorffium in Gromat. vol. II p. 282. 421 et nos in Metrol. p. 286 s. 288. Praeterea de scriptura verborum passim corrupta

De Balbi expositione et ratione omnium formarum.

Frontini et Hygini locos cum paucis absolvimus, restat 112 ut accuratius quaeratur de Balbi scriptis, qua in re non tam id quod ipse sentio difficile esse video ad demonstrandum, quam diversis Lachmanni et Mommseni sententiis mihi non probatis quodammodo perturbor. Nam ille et novam proposuit Balbi expositionis inscriptionem et eidem tribuit librum de asse¹⁾; alter autem Balbum de eo maxime argumento egisse existimat quod continetur libris coloniarum, recensuisse igitur in illa expositione formas agri coloniarum, id est typos vel tabulas aeris, quibus fines agrorum accurate descripti et scripturae contextu illustrati erant²⁾.

Quae ego hic, ut par fuit, commemoravi, ne summorum virorum placita leviter neglexisse viderer; at tamen in hac praefatione brevioribus finibus circumscripta eademque Latini sermonis rigore impedita non id agendum esse duxi, ut aliorum sententiis adversarer et quasi bellum inferrem; sed meam opinionem simplici oratione malo expromere, si qui in his quod probabile videatur inveniant.

Profitetur Balbus in praefatione se scribendo ei libro, quem tum misit ad Celsum, iamdudum intentum fuisse, sed intervenisse imperatoris expeditionem. Tum se studia

deque notis partium assis exposui in praefatione. Denique hunc Ptolemaicum Cyrenensium pedem accurate distinxit a Ptolemaica Aegyptiorum mensura eo loco quem vol. I p. 24 adn. 2 extr. citavi; et omnino conf. illam § 16.

1) Vide Gromat. I adnot. ad p. 91, 2. II p. 133 s., unde haec exscribo: *Wer kann zweifeln dass beide Schriften (id est expositio et liber de asse) Theile desselben Werkes sind? Es mochte nach S. 94, 3 zu urtheilen, expositio et ratio omnium mensurarum heissen, oder ungefähr so: für den aufgenommenen Abschnitt setzten die Sammler formarum statt mensurarum.* Contra ego demonstrabo verba quae p. 94, 3 leguntur tantummodo ad ipsam mensurarum tabulam cui praefixa sunt pertinere, minime vero ad totius operis argumentum. Aliis argumentis Mommsenus II p. 149 inscriptum illud *omnium formarum* tuetur.

2) V. Gromat. II p. 148—157. 180 s.

artis suae primum intermisisse nec quidquam aliud quam belli gloriam cogitavisse, sed postquam hostium terram exercitus intraverit, varias mensuras ad bellum maxime necessarias exigendas fuisse, quo facto se rationem qua eae mensurae fierent religiosius colere coepisse statimque ut imperator victoria reportata ipsum e Dacia dimiserit, hunc librum consummavisse.

Haec fere Balbus et praeterea alia minime negligenda, quae apud ipsum legantur. Verum ego iam quaerere institui, quamnam artem coluerit Balbus eandemque Celsus? Etenim non Balbus solum istius artis studio honoratus fuit apud imperatorem, sed nobilior etiam Celsus, vir summae in ea re auctoritatis, penes quem studiorum suorum summam manere scribit Balbus, eundemque in hac parte plurimum inter aequales posse³⁾. Quid? quod idem Celsus instrumentum quoddam invenisse dicitur, quo ea spatia easque altitudines metiri liceret, quae nec passibus aut perticis exigi nec omnino adiri possent? Hic pervenio ad id quod est gravissimum omnium. Nam etsi Balbus nec nomen illius instrumenti affert nec eius adhibendi rationem describit — quam difficultatem insuper auget dubia verborum scriptura⁴⁾ — tamen id in quo maximum momentum est satis apparet. Atque animum id advertant iam omnes quorum interest, artem trianguli ex uno latere proximisque angulis metiendi ab hoc Celso Romanis traditam esse centesimo fere anno p. Chr. n. Quam ad artem pervulgandam quid olim contulerit Hero Alexandrinus libro quem περὶ διόπτρας scripsit, tum quomodo ea ars ad Romanos satis longo intervallo transierit, non meum est hoc loco exqui-

3) P. 94, 1. 91, 3. 8.

4) P. 92, 13: *erant dandi interveniente certo itineris spatio duo rigores ordinati, quibus in tutelam commeandi ingens vallorum adsurgeret molis: hos invento tuo operis decisa ad aciem parte ferramenti usus explicuit.* Sic locum restituit Lachmannus ex librorum scriptura variis modis depravata. Atque *acies* utique est oculorum acies, non exercitus instructi; significat igitur scriptor dioptrae usum, ad quem pertinet etiam *ferramentum* ibidem commemoratum (conf. Rudorff. II p. 338).

rere. Sed breviter demonstrabo quam rationem Celsus secutus esse videatur. Spatium quoddam ad quod aditus pareret, vicinum ei loco qui adiri non posset, pertica accurate metiendum curabat. Et puta centum perticas in directum inventas esse. Ex his si in tabula quadam dioptrae subiecta faceret pedem unum, hoc est partem millesimam, ac deinde in extremitatibus rectae illius centum perticarum lineae angulos metiretur ad certum quoddam punctum, quod summitas trianguli fieret, porro hos duos angulos redigeret in eam quam dixi tabulam ibique triangulum duceret, eiusque trianguli in tabula scripti latera subtilissime metiretur eamque mensuram millies duceret, efficiebantur pedes eius trianguli, cuius in terrestri spatio unum tantummodo latus adire liceret. Hinc omnia facile peragi poterant quae Balbus se dicit exsecutum esse per rationem a Celso inventam⁵⁾.

Certe Celsus in ea re usus est dioptra, quae iamdudum nota esset — nam ipsa antiquissima groma dioptrae similis fuit, atque ad perlibrationes dioptrae usus iam ante Vitruvium vulgatus erat⁶⁾ — sed novam eius adhibendae rationem Romanis primus demonstravit Celsus.

Iam vero redeamus ad Balbum. Ut Celsus novum instrumenti usum primus tradidit, ita Balbus, a Celso institutus, primus omnium eam rem ad militarem usum transtulit, id quod ipse plane ac dilucide scribit⁷⁾. Inde venerabilis trianguli ratio⁸⁾ ab eo laudatur, qua tantas res adse-

5) Ne quis minus recte haec intellegat, neutiquam eam artem docuit Romanos Celsus, quam nos trigonometriam vocamus, ubi angulorum sunt mensurae certis numeris expressae; sed tantummodo id demonstravit, quomodo triangulo amplissimo eique, ut ita dicam, terrestri, cuius unum latus notum esset, simile multo minus triangulum in tabula quadam describi posset, quo subtiliter dimenso et multiplicatione facta possent inveniri latera ipsius terrestris trianguli.

6) V. Rudorff. Gromat. II p. 336 s., Vitruv. 8, 5 (6).

7) P. 92, 11—93, 3. Celsum cum Balbo illi bello interfuisse existimat Mommsenus II p. 147; mihi tota praefatio multo aliter Balbo scribenda fuisse videtur, si Celsus partem eiusdem expeditionis cepisset.

8) P. 93, 1 haec leguntur: *expugnandorum deinde*

cutus sit. Ac cum rediisset in Italiam, statim ad studium paullisper intermissum reversus est. *Et multa, inquit, velut scripta foliis et sparsa artis ordini inlaturus recollegi. foedum enim mihi videbatur, si genera angulorum quot sint interrogatus responderem Multa: ideoque rerum ad professionem nostram pertinentium, in quantum potui occupatus, species, qualitates, condictiones, modos et numeros excussi.* His perlectis quis tandem ambigat, quam artem tractaverit Balbus qualemque librum composuerit? Haec nisi geometria dicenda, nulla omnino est. Ac quo accuratius id definiamus, ei geometriae generi operam dedit Balbus quod ad usum rei et agrariae et militaris pertineret, cuius eam partem quae est de agris metiendis geodaesiam Graeci appellaverunt.

Talem igitur geometriam ad usum gromaticorum ac commodatam composuit Balbus eamque inscripsit Expositionem et rationem omnium formarum. Hic formae fere eae intellegendae sunt quas nos figuras geometricas vocamus, quibus omnis eius disciplinae demonstratio continetur. Quamquam non tam ipsas figuras stilo vel calamo adumbratas significavit Balbus, quam notiones earum ab oculorum obtutu abstractas mentique peritorum inhaerentes, ne multa, ipsa geometriae et principia et theoremata, quoad quidem eorum scientia necessaria esset ad disciplinam gromaticam. Quibus praeceptis geometricis addidit aliam institutionem quae peculiariter ad Romanorum artem gromaticam pertineret, cuius generis et initio libri quaedam servata sunt et alia excerpta sunt a posterioribus gromaticis⁹). Omnino autem admodum exigua pars ipsius operis

montium altitudines ut sciremus, venerabilis diis ratio monstrabat; ubi codices cum in aliis fluctuant, tum di pro diis habet Gudianus. Minime dubium est quin venerabilis diis ratio absurde scriptum sit, nec id fugit Lachmannum dea suadentem. At venerabilis trianguli ratio scripsit Balbus, ubi cum trianguli ab aliquo librario per Δi notatum esset, inde factum est DI, quod legimus in Gudiano, idque porro corruptum in diis (conf. Philol. XXII p. 62).

9) P. 98, 3—14; p. 99, 14—100, 4; p. 103, 11—16. Praeterea in reliquis gromaticorum scriptis Balbus auctor citatur p. 225, 14. 239, 15. 245, 1. 249, 1. 402, 8. 403, 28.

ad nostram aetatem pervenit¹⁰⁾: quod si totum exstaret, haberemus geometriam ab Romano homine eoque eruditissimo conscriptam ac videremus Romanos paullo altius in eam scientiam penetravisse quam vulgo putatur; nunc vero praeter has minimas Balbi reliquias nihil quod dignum laude sit exstat Latino sermone de geometria scriptum.

Denique de fontibus breviter dicendum est, unde sua derivaverit Balbus. Hic non satis est ad Euclidem referre verba Romani scriptoris, velut haec: *Signum est cuius pars nulla est, Linea est longitudo sine latitudine, lineae autem fines signa*; quae sane expressa sunt secundum Euclidem: sed alium praeterea auctorem adscisci necesse est, Heronem dico. Cuius si definitiones et geometriae initium oculis perlustramus, insignes similitudines deprehendimus cum hac Balbi expositione. His igitur Graecis scriptoribus ac fortasse aliis quibusdam in scribendo libro usus est Balbus, quorum praecepta cum diligenter animo percepisset, inde elegit ea quae necessaria esse viderentur ad civium suorum usum ac tum Graecam artem amplificavit Romanorum gromaticorum disciplina.

De Balbi mensurarum tabula.

Balbus postquam praefationis ad Celsum finem fecit, 113 ergo, inquit, *ne quid nos praeterisse videamur, omnium mensurarum appellationes conferamus. nam mensura non tantum ista de qua loquimur appellatur, sed et quidquid pondere aut capacitate aut aliqui¹⁾ finitur, mensuram aequae²⁾ quam longitudinem appellant . . .³⁾.*

Qui loci dubium est num omnes ad hanc Balbi expositionem formarum referri possint; nec quidquam impedit, quominus Balbum, virum in arte gromatica principem, alios praeterea similis argumenti libros scripsisse statuamus.

10) Desinunt Balbi expositionis reliquiae p. 107, 9; nam pauca quae in libris insuper adduntur iure uncis interclusit Lachmannus. Apparet autem Balbum illo loco non ultra prima operis sui initia progressum esse.

1) Sic emendavi librorum scripturam *animi*, unde in aliis factum *animo*, quod repetivit Isidorus (infra fr. 123, 1).

2) Libri *equae*.

3) Puncta posui, quoniam hic quaedam intercidisse videntur. Conf. adn. 5.

quid ergo mensura sit de qua quaeritur, tractemus (his igitur verbis scriptor redit ad propositum). Hoc loco facile apparet eadem ratione Balbum usum esse qua Heronem in introductione geometriae⁴⁾. Quae autem praeterea interposuit de latiore mensurae appellatione ea nec aliena sunt a proposito nec vero, nisi plane mutilata esse existimes Balbi verba, abesse possunt⁵⁾.

Sequitur primum brevior mensurae definitio, cuius similia nonnulla inveniuntur apud Heronem⁶⁾, tum ipsa mensurarum tabula. Uno verbo absolvam: Latino sermone Graecam aliquam tabulam similem Heronianae secundae et Euclideae ita expressit, ut pauca tantum quae in Graeco exemplo abhorrerent a Romanorum usu vel omitteret vel mutaret⁷⁾.

4) In recentiore geometriae forma quae in libris manu scriptis exstat locus ille Heronis maxime memorabilis appendicis instar additus est. Vide Her. geom. cap. 106 vel in his metrologicis scriptoribus fr. 4, 2, et conf. ibid. prol. p. 31. Verba quae Balbus imitatus est sunt haec: εἰς οὖν τὸν περὶ τῆς μετρήσεως λόγον ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰδέναι τὴν τῶν μέτρων ἰδέαν, et paullo post: ὑποδείξομεν δὲ τὴν τῶν μέτρων ἰδέαν.

5) Spuria esse iudicavit Lachmannus loci quem supra attuli verba *nam mensura* usque ad *longitudinem appellant*. At, quaeso, tolerarine possunt duae sententiae *ergo nequid* cet. et *quid ergo* cet. altera alteram excipiens? Ego nihil inuenio in eo loco quod a Balbi eloquendi genere alienum sit. Qui initio *omnium mensurarum appellationes* intellegit *geometricarum*, non aliarum. Sed quoniam statim meminit esse praeterea alia mensurarum genera, haec breviter commemorat, sed consulto omittit explicare. Tum, nisi forte nonnulla interciderunt, raptim redit ad propositum verbis *quid ergo mensura sit* cet.

6) V. Def. 120. 121. Tum Heroniana tabula III plane ita composita est, quemadmodum praecipit Balbus, ut maiores mensurae minoribus quibusque definiantur. Conf. I prol. § 22.

7) Ad § 2 loci a nobis editi conf. tabulam Heron. II, 1 et Euclidean 1. Graecae orgyiae respondet apud Balbum passus. Reliquae mensurae inter se conveniunt, nisi quod in tab. Her. miliarium, in Eucl. uncia omissa sunt, unde in Graecis tabulis undecim, apud Balbum duodecim

Quae cum ita sint, facile demonstratur via a nemine adhuc inventa ad explicandam *sextantem quae eadem do-drans appellatur* (6). Etenim quam Graeci mensuram *ππιθαμήν* vocabant, ea antiquitus aliena erat a Romanorum usu, unde ne sermo quidem Lätinus proprium eius mensurae vocabulum habebat; sed vocabant eam ex assis ratione dodrantem, hoc est pedis quartas partes tres. Iam si eadem a Balbo *sextans* vocata est, fuisse oportet maiorem aliquam mensuram, cuius sexta pars ipsa spithama habita sit. Ubicunque quaeres, nihil invenies quod conveniat huic sextanti nisi Aegyptiorum *ξύλον*, cui tres cubiti in tabula Heroniana antiquissima tribuuntur (fr. 4, 14). Unde haec iure colligi posse arbitror: *ξύλον*, antiquam Aegyptiorum mensuram, qua itinerum spatia metirentur (prol. § 17 extr.), fuisse perticam ligneam — et id quidem ipso nomine demonstratur — divisam in tres cubitos binosque cubitorum semisses, hoc est sex spithamas: cuius xyli usum ad primum usque p. Chr. n. saeculum pertinuisse — non enim antea scriptam esse vidimus tabulam Heronianam I (prol. § 12) — atque inde Romanos agrimensores *ππιθαμήν*, utpote alienam a suo sermone, nuncupasse sextantem; hinc denique Balbum, cum Romanas mensuras ad Aegyptiarum tabularum similitudinem describeret, ipsum quidem xylum, proprium Aegyptiorum, recte omisisse, servasse tamen sextantis appellationem usitatam iis Romanorum gromaticis qui in Aegypto provincia agris et itineribus dimetiendis praefecti erant, eandemque a spithama, Aegyptii cubiti semisse, transtulisse ad pedis Romani dodrantem.

mensurarum appellationes enumerantur. Tum ad Balb. § 3 conf. Her. II, 2, Eucl. 2, praeterea etiam Her. I, 5, V, 2; — ad § 4 Her. II, 3; — ad § 5 Her. 4, Eucl. 3; — ad § 6 Her. 5, Eucl. 4; ac sic reliqua deinceps, quae singillatim afferre nihil attinet. Sed hoc non omittendum, iugerum a Balbo omissum esse ex earundem tabularum auctoritate. Denique altera pars tabulae Balbi, qua de quadratis et cubicis mensuris agitur, liberius expressa est ad similitudinem Heronianae II inde a § 15 et Euclideae § 13.

Librum de asse iniuria Balbo tributum esse.

114 Calvus Ravennas, qui primus Hippocratis libros in Latinum sermonem conversos edidit¹⁾, in fine eius operis adiunxit breviores duos commentarios, ad quos haec praefatur²⁾: *Censuimus praeterea necessario his addendum esse tractatum de mensuris, et ponderibus Aphricani medici cum suis notis, quem plurimis quos de his rebus in manibus habebamus praetulimus, quia magis et cum Hippocratis medelarum ponderibus, et mensuris et cum Latinis conuenire, et facere uidebatur. ac ad huius maiorem intelligentiam quaedam de Balbi ad Celsum agrimensoria, ratiocinatoriaque de asse, minutisque eius partibus adscripsimus. notas autem horum non apposuimus, cum apud plurimos inueniantur, praesertim Boetium, Baedam³⁾, Gilbertum et ante hos, Balbum ipsum, et Priscianum, latius et plurimis⁴⁾ modis, quae tamen cum iis, quae in marmoribus, et tabellis aeneis leguntur, non quadrant. Iam sequitur apud Calvum tractatus qui Africano tribuitur (v. prol. § 123, fr. 141), quem deinceps excipit commentarius qui inscribitur *Balbus ad Celsum de asse minutisque eius portiunculis*. Cuius ad finem haec adscripsit editor: *Nec his plura de Balbo addenda putauimus quandoquidem si uita suppeditabitur, totum opus de agrimensoria et numerorum ratiocinatoria cum Vitruuii, Plinii, Capellaeque commentariis edemus. Haec quidem Calvus; quem auctorem**

1) Hippocratis Coi — octoginta Volumina — nunc tandem per M. Fabium Calvum Rhavennatem virum undecumque doctissimum Latinitate donata. Romae ex aedibus Francisci Minitii Calvi Novoëcomensis anno — MDXXV. Ego usus sum huius libri rarissimi exemplo Berolinensi. Repetita editio prodiit Basileae a. 1526 ex officina Andr. Cratandri.

2) P. DCXCVII edit. Rom., p. 471 edit. Basili.

3) *Boëthium, Bedam* ed. Bas.

4) Fallitur Lachmannus Gromat. II p. 134 *pluribus* citans.

secuti Lachmannus et Mommsenus⁵⁾ hunc librum de asse eidem Balbo tribuerunt de quo statim disputavimus. Contra dubitationem movit Christius, qui tertio demum saeculo vel etiam quarto eundem librum ab aliquo ignoto scriptore compositum esse suspicaretur⁶⁾. Ac vero nobis quid in hoc argumento videatur, iam paucis exponamus.

Omnia Calvi verba de ea re scripta repetivimus, quo facilius cuivis ea legenti iudicium facere liceret. Nimirum apparet gravissimas quasque res tam obscure et ambigue a Calvo significatas esse, ut admodum multa quae probabilia videantur, certi autem nihil ad id ipsum de quo agitur inde effici possit. Ergo utamur tamquam teste locupletissimo ipso scriptore huius libelli de quo quaerimus. Is inter unciae partes enumerat tremissem (15), qui nummus aureus, tertia solidi aurei pars, primum signatus est a Severo Alexandro⁷⁾: ergo scriptor libri de asse non ante saeculum tertium vixit. Quod argumentum tam certum est, ut vix opus sit alia circumspicere. At vero sunt plurima: ut scriptorem de asse nonnullas partes afferre quae ignotae sint Maeciano, qui aliquanto post Balbum scripsit; tum formam *assis* in nominativo casu alienam esse a Maeciano nec vero eandem tribui posse Balbo, qui in expositione formarum usus est dicendi genere emendatissimo⁸⁾;

5) Vide Grom. II p. 134 s. 150 s.

6) Vide commentarii de Victorio, qui infra § 117 adn. 1 citabitur, p. 106 s.

7) Auctor est Lampridius in vita Sev. Alex. c. 39. Et exstant adhuc tales tremisses a Valeriano aliisque signati: vide Mommsen. p. 776. Efficitur autem ex pondere tremissis quod in hoc libro de asse affertur aliud quod gravissimum est ad omnem illius aetatis historiam nummariam: legitimum aurei pondus, de quo adhuc maxime ambigebatur (v. Metrol. p. 241), tertio saeculo fuisse sexagesimam quartam partem librae (nam tremissem scriptor de asse 16^{am} unciae partem fuisse dicit, id est librae 192^{am}, unde 64 aurei conveniunt in libram). Atque idem pondus fuisse videtur argentei nummi qui Aurelianus dicitur. Unde quid porro concludendum sit, alio loco ac tempore exponam.

8) Haec quoque Christii sunt argumenta p. 106.

quibus addi possunt alia vocabula permulta quae posterioris quidem aetatis scriptori, minime vero Balbo conveniant, ut *minutiae* (1. 10), *character* (12, pro *nota*), *medietas* (15), alia id genus.

Quod si quis utique librum de asse Balbo velit vindicare, is dixerit forsitan eam libri formam quae in manibus est spuriam esse et depravatam ex aliqua parte Balbi expositionis nunc perdita. At si probabiliter supra de illo Balbi opere disputavi (§ 112), quatenus pars eius expositionis afferri posse videtur, ubi Balbus aut ea quae nunc in libro de asse legimus aut certe similia tradiderit, quae non minus a demonstratione geometrica quam ab arte gromatica aliena sint? Verum ne in his ultra modum immoremur, cum exploratum sit et eam formam libri quae exstat Balbo tribui non posse, et unum eius rei esse auctorem Calvum, qui usus esse videtur illo codice Arceriano nobilissimo⁹⁾, unde et Balbi expositionis initium et alia gromaticorum scripta edita sunt a Lachmanno: inde suspicari licet Calvum in eodem codice, quem olim pleniorum fuisse constat, invenisse librum de asse nullo auctoris titulo affixum Balbi expositionis reliquiss, ac cum ipsam expositionem tum edere non posset, in praesentia exhibuisse commentarium de asse, quem cum expositionis partem esse opinaretur, inde auctoris nomine repetito inscriberet *Balbus ad Celsum de asse* cet.

Verum quod Balbo abiudicandum esse censemus hunc de asse librum, minime eiusdem libri auctoritatem volumus infringere. Nam maximi est momenti ad rem nummariam saeculi tertii, sicut supra demonstratum est. Atque eodem saeculo aut ipsum hunc librum scriptum esse necesse est aut ampliorem quaedam, unde hic postea commentarius in brevius contractus sit: nam quarto saeculo postquam Constantinus nova omnium nummorum genera ac rationes instituit, nemo ea commentari potuit quae legimus in hoc de asse libello.

9) V. Mommsen. in *Gromat.* II p. 151 coll. Blumio *ibid.* p. 6 ss.

De Volusii Maeciani distributione.

L. Volusius Maecianus, eques Romanus, iuris scientia 115 nobilissimus, M. Aurelii praeceptor, qui interfectus est Alexandriae a. CLXXV plus sexaginta annos natus¹⁾, scripsit et quaestionum de fidei commissis libros XVI et hunc breviorum commentarium de assis distributione. Quamquam ipse non *Assis distributio* inscripsit libello, sed pleniore titulo *Distributio item vocabula ac notae partium in rebus quae constant pondere numero mensura*²⁾; quapropter nobis breviter *distributio* ea appellanda esse videtur.

Scripsit hunc commentarium Maecianus ad M. Aurelium Caesarem, quem tum iuris disciplina instituebat, anno fere CXLVI³⁾. Qua in re, ut ipse plane et aperte demonstrat in praefatione, id egit, ne assis distributio et in heredum institutione et in aliis multis rebus necessaria ignota esset Caesari. Primum igitur omnem ipsius assis divisionem accurate exponit partesque inter se comparat (1—43), tum pecuniae signatae eas appellationes persequitur quae referuntur ad assem, ex quo omnis nummus argenteus potestatem habeat (44). Ac vero hac de parte commentarii paullo latius explicare necesse est.

Primum docet scriptor (48—62) denarium, argenteum nummum, qui XVI asses habeat, ipsum assis instar dividi posse. Quod nos facillime ita explicabimus, ut eum assem,

1) Haec omnia egregie exposuit Mommsenus in praefatione ad Volusii Maeciani distributionem (*Abhandl. der Sächs. Gesellsch. der Wissensch. Bd. III. 1853 p. 281—85*).

2) Hanc inscriptionem quae in libris exstat tumentur ipsius Maeciani verba: *cum partes ipsas tum vocabula et notas proponendas existimavi; et deprehendes distributionem quidem partium infinitam, oppido autem quam exigua vocabula et notas*. Unde apparet *assis distributio*, quod placuit Böckingio, probari non posse. Tum *distributio partium* praetulit Mommsenus. Sed mihi aut plenus titulus *distributio item vocabula ac notae partium* cet. repetendus esse videtur — ubi nescio an *item* inculcatum sit ab aliquo librario — aut breviter *distributio* eadem dicenda, sicut fecit Gronovius.

3) Vide Mommsen. p. 287 ult.

unde fit cuiuslibet rei in computando divisio, solidum appellemus, illum autem nummum aeneum, qui fuit denarii pars sextadecima, dicamus *assem monetalem*. Iam ratio simpliciter sic ducenda: as monetalis quota pars est denarii, siquidem hunc assem sive solidum feceris? Nimirum semuncia sicilicus, id est pars sextadecima. Atque id ipsum *solidi pars sextadecima* Maecianus his expressit (48): *semunciae enim sedecim et sicilici sedecim assem efficiunt*. Eademque ratione ceteras persequitur denarii partes singulis assibus monetilibus additis, dupondium, tressem, reliqua usque ad quindeciaere: hic enim finis expositionis faciendus erat, quoniam sedecim asses ipsum denarium efficiunt. Haec vero omnia a Maeciano tradita si in unum comprehendimus, quid inde concludendum? Primum Maecianus nullis nisi iis partibus iisque appellationibus utitur, quae vulgatae fuerunt in cuiusvis assis sive solidi divisione; nihil igitur nisi denarium in calculis ponendis fecit assem, id est solidum, atque asses monetales singulos et binos et ceteros expressit ex solidi denarii ratione. Cuius rei usum ipse loculenter demonstrat his verbis (63): *ingeniosissime autem, cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis aeris nota inventa est, quae sedecies multiplicata id efficeret: nam cum denarii nota praescribatur, eique subiungatur aeris excurrentis nota, manifestum est eam sedeciens ducendam ex adnotatione denarii*. Ergo si rationes pecuniariae subducebantur in denariis et praeter solidos denarios computandae erant denariorum partes, ne ratio turbaretur tot sestertiis totve assibus adscriptis ad denariorum summam, tot potius partes denarii pro asse sive solido computati adiungebant ratiocinatores Romani. Sic, ut exemplo utar, summam centum denariorum sestertii unius assium trium breviter scribebant $\text{XCCII} - \text{D}$, nam septem asses monetales sunt denarii partes septem sextadecimae, sive quinque duodecimae, id est quinque unciae, et insuper una quadragesima octava, id est sicilicus⁴⁾.

4) Redige $\frac{7}{16}$ ad $\frac{7}{16}$, unde fiunt $\frac{5}{16} + \frac{1}{16}$. Copiosius omnem rationem exponit multisque exemplis illustrat

Haec ea maxime de causa latius exposui, ut viam munirem ad reliqua demonstranda, quae multo sunt difficiliora. Ergo ut eadem quae statim dixi paucis repetam: solebant ratiocinatores Romani altero post Chr. n. saeculo, cum ad denarium ratio fiebat, singulos asses monetales redigere ad partes denarii pro asse computati. Nullis autem in ea re partium appellationibus notisque utebantur nisi vulgaribus ac legitimis, uncia, semuncia, sicilico; quas partes ad denarium revocandas esse significabant praefixa nota ✕. Atqui diversa plane a vulgari assis divisione ea ratio fuit quam sestertiariam dicit Maecianus (65—73). In hac erant praeter semissem, S, partes sestertii

decima sive libella —
vicesima sive singula⁵⁾ ₤
quadragesima sive teruncius T.

Hae non proprie sunt Romanae, sed repetitae illae quidem ex Sicularum usu, quorum argenteus nummus fuit didrachmum Attico pondere, habuit autem denas litras sive libellas, ac litrae conveniebant bina ἡμίλιτρα vel quaterni τριάντες, quae partes latine appellatae sunt sembella et teruncius.

Haec omnis ratio quanti momenti sit ad historiam rei nummariae Romanorum illustrandam, non opus est hoc loco monere, postquam Mommsenus copiosius de eo argumento disseruit⁶⁾. Sed id nunc agimus, ut Maeciani verba explicemus. Qui hac sestertiaria ratione uti scribit ratiocinatores, ut summae sestertiorum statim addere possint excurrentes asses et semisses, hoc est quaternas et octonas sestertii partes. Infra autem semissem non descendebant; nam etsi quadrantes aeris etiamtum fuisse videntur, is tamen nummulus minor erat, quam ut in magno pecu-

Gronovius de sest. p. 409—414 (Amstelod. 1656). Nuper eandem rem attingit Marquardt. *Röm. Alterth.* V p. 102 s.

5) Singulam Maecianus appellat quae Varroni de l. L. 5, 174. 10, 38 est sembella. Utriusque vocis originem explicat Mommsen. *G. R. M.* p. 199 adn. 85.

6) *G. R. M.* p. 198 ss.

niae numero computaretur. Semissem autem non neglebant, eoque sestertiaria ratio accuratior fuit quam denariaria, ubi infra assem nihil ad calculos vocabatur. Rursus exemplo utar: si cui persolvendi erant centum sestertii as semis, brevis erat notatio $\text{H}\text{C}\text{C}\text{—}\text{Ξ}\text{T}$, hoc est C sestertii et excurrentes partes decimae tres, vicesima una, quadragesima una, qua coniunctae faciunt sestertii partes octavas tres sive in pecunia signata assem et semissem.

Neminem rei nummariae peritum potest latere eam rationem quam sestertiariam vocat Maecianus, in qua partes sunt decimae, vicesimae, quadragesimae, proprie pertinuisse ad vetustiore denarium, cui decem asses conveniebant, neque ipse Maecianus id omittit commemorare (74). Tunc enim denarii libella in pecunia signata habebat assem suum et sembella semissem et teruncius quadrantem⁷⁾. Sed postquam denarius in sedecim asses distribui coepit, illa ratione tantum modo utebantur ad notandas sestertii partes excurrentes (75).

Postremo Maecianus breviter exponit de ponderibus, tum de mensurarum liquoris ac grani divisione (77—80); ad quae nihil hic adnotandum. Sequitur deinde alius disputationis de eodem argumento initium, ubi deficit codicum scriptura.

Ita cum Maeciani commentarium satis, ut videtur, explicuimus, restat ut memoria repetatur fragmenti illius Alexandrini (95) quo variae denarii partes, usitatae illae $\text{παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις λογισταῖς}$, recensentur. Ergo eius fragmenti et formam a nobis editam et illam quam Calvus expressit (prol. § 123) cum Maeciani verbis sic comparemus:

apud scriptorem Alexandrinum	apud Maecianum
1 δηνάριον fr. 95, 8. 141, 9	denarius § 45
$\frac{1}{2}$ τροπαϊκόν ibid.	victoriatum ibid.
$\frac{1}{4}$ νοῦμμος ibid.	sestertium ibid.
$\frac{1}{16}$ ἀccάριον ibid.	as § 47

7) Mommsen. p. 200 adn. 87.

apud scriptorem Alexandrinum		apud Maecianum
1 ἄccάριov	ibid.	as § 1
$\frac{1}{2}$ ς	ibid.	semis § 1
$\frac{1}{3}$ γ''	ibid.	triens § 2. 40
$\frac{1}{4}$ δ''	ibid.	quadrans § 3. 40
$\frac{1}{6}$ ς''	ibid.	sextans § 4. 40
$\frac{1}{8}$ η''	ibid.	sestuncia § 5. 40
$\frac{1}{9}$ θ''	ibid.	uncia duae sextulae § 6. 40
$\frac{1}{10}$ ι''	ibid.	[partem decimam et undecimam nec nomen proprium nec notam habere dicit Maec. § 40]
$\frac{1}{11}$ ια'' fr. 95, 8 (om. fr. 141)		
$\frac{1}{12}$ ιβ'' fr. 95, 8. 141, 9		uncia § 7. 40
$\frac{1}{16}$ ις'' fr. 95 (om. fr. 141)		semuncia sicilicus § 41
$\frac{1}{18}$ ιη'' fr. 95 (om. fr. 141)		semuncia sextula § 41
$\frac{1}{24}$ κδ'' fr. 95. 141		semuncia § 27. 33. 42
$\frac{1}{36}$ λς'' ibid.		biniae sextulae § 28. 33. 42
$\frac{1}{40}$ μ'' fr. 95 (om. fr. 141)		[* teruncius § 65]
$\frac{1}{48}$ μη'' fr. 141 (om. fr. 95)		sicilicus § 29. 33. 42
$\frac{1}{50}$ ν'' fr. 95 [ubi corrigendum videtur μη'']		[non habet Maecianus]
$\frac{1}{72}$ οβ'' fr. 95. 141		sextula § 30. 33. 42
$\frac{1}{100}$	[has partes omisit scriptor Alexandrinus]	centesima [in usuris] § 43
$\frac{1}{144}$		dimidia sextula § 31. 33. 42
$\frac{1}{288}$		scriptulum § 32. 33. 42
$\frac{1}{576}$		dimidium scriptulum sive simplium § 39.

Iam sic Graeca tabula cum Maeciano comparata apparet recte a scriptore Alexandrino positas esse partes ς, γ'', δ'', ς'', η'', θ'', ιβ'', ις'', ιη'' [has duas igitur iniuria omittit fr. 141], κδ'', λς'', μη'' [sic in fr. 95 pro ν'' scribendum videtur], οβ''. Dubitatio autem relinquitur de ι'', ια'' [hanc partem om. fr. 141], μ'' [om. fr. 141], ν'' [om. fr. 95]. Ex his ν'' iam diximus stare non posse, quod esse debuit μη''. Nec magis probari potest ια'', quod omittit Calvus et expressis verbis expellit Maecianus. Recte autem posita sunt ι'' et μ''. Nam etsi Maecianus in denarii partibus decimam esse negat (§ 40), tamen idem in ea ratione quam

sestertiarium dicit affert decimam partem, i. e. libellam, et quadragessimam, i. e. teruncium. Hae, ut dixi, apud Maecianum ad sestertium referuntur; at eadem olim pertinuerunt ad denarium (Maec. § 74); iam cum in ea ratione, ubi denarii partes sunt duodenariae et reliquae, ipse denarius assis instar computetur (supra p. 17 s.), facile Graecus scriptor etiam eum denarium qui in libellas et reliquas partes divideretur ἄκκάριον vocare potuit. Iure igitur existimare videmur partes ι' et μ" in illa Alexandrina tabula significare libellam et teruncium.

De Festo, Prisciano, Dardano, Didymo.

- 116 Post librum de asse secundum temporum ordinem posui reliquias ex Festi libris de verborum significatione repetitas, quibus statim addidi Pauli locos (117). Nonnullos pocos quibus pecuniae nomina commemorantur modo, non explicantur, consulto omisi¹).

Tum ex Prisciani grammatici libello de figuris numerorum recepi eam partem quae est de ponderibus et nummis. Ubi et ipse Priscianus multas res affert admodum notabiles et alios citat auctores. Ac gravissima erat quaestio de illo talento magno quod octoginta libris et quatuor uncis constare dicitur, de quo nos latiorem disputationem instituimus alio loco²), quo facto iam satis demonstratum esse videtur nulla fide dignas esse fuitiles Prisciani argumentationes, quippe qui diversissima pondera ac nummos imperite inter se confuderit atque omnino rudis fuerit in hoc doctrinae genere.

Maxime memorabilis inter auctores qui a Prisciano citantur sine dubio est Dardanus sive Dardanius. Nam priore eius nominis forma uti consuevimus secundum vulgatam apud Priscianum scripturam, etsi rectius mea qui-

1) Sunt haec fere: aerscare p. 24 Muell., dirutum aere 69, equestre aes 81, hordiarium aes 102, piscatorium aes 210^b, peculatus 213^a et 236, poenas pendere 242^a et 243, resignatum aes 284 et 285^a, sacramentum 344^b, stipatores 350 et 351^a, Taurium aes 360^a, vectigal 371^b.

2) V. Philologi vol. XXII p. 202—213.

dem sententia Dardanius iste appelletur, quoniam Lydi auctoritati accedit Guelferbytani codicis scriptura in eandem formam consentiens³⁾. Sed tamen illam formam quae nunc omnium usu fertur non prius abiciendam esse duxi, quam aliorum iudicio haec mea coniectura probaretur. Tum de Dardani aetate quaerentibus satis constat vixisse eum scriptorem aliquanto post Constantini tempora, id est quarto saeculo exeunte vel ineunte quinto⁴⁾. Scripsit autem, ut Lydus⁵⁾ tradit, de ponderibus, quo ex libro et illa servata sunt quae Priscianus exscripsit (de fig. § 10) et haec a Lydo laudata: ὁ δὲ Δαρδάνιος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν χιλίων ὀβολῶν λέγει πάλαι γενέσθαι τὸ μιλιάρισιον καὶ ἀπὸ τῆς χιλιάδος τῶν ὀβολῶν οὕτως ὀνομασθῆναι. Quae non recte ab illo scripta esse nos meliora edocti iam compertum habemus, nec magis probari ista possunt quaecunque apud Priscianum diversa a reliquis auctoribus Dardanus tradit.

De Didymo, cuius libro περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίους ἀναλογίας Priscianus et hoc loco et in institutionibus grammaticis aliquotiens usus est, nihil ipse habeo quod addam, quoniam in omnibus fere adstipulor H. Keilio, qui post M. Schmidtium novam de eo scriptore quaestionem instituit. Unde hic Didymus non Chalcenterus ille plurimis scriptis nobilis, sed civis Romanus, Nerōni et aequalis et notus fuisse videtur⁶⁾. Quae autem Graeca verba Priscianus

3) Ut Δαρδάνιος legitur apud Lydum, ita Gudianus codex 132 eo loco qui apud Keilium est p. 409 vs. 30 (§ 14) habet *dardaniū* et in Erlangensi *Dardanius* (p. 408, 18 Keil.) correctum est ab altera manu (Keil. quaest. gramm. p. 8 adn.). Ac multo probabilius est *Dardanus* pro *Dardanius* prave scriptum a librariis Vergilii memoribus, quam contra hoc ex illo corruptum esse.

4) Conf. Henr. Keil. quaestiones grammat. p. 9, Mommsen. hist. Rom. rei numm. p. 790, nostrum commentarium in Philol. p. 207 adn. 7.

5) De mensibus 4, 9 extr.

6) V. Keilii quaest. gramm. p. 10 (Didymi fragm. a Schmidtio collecta p. 345—49). — Praeterea hic locus esse videtur, ut commemorem me consulto in priore huius libri volumine non quaesivisse, num Didymus ille Alexan-

affert (de fig. § 17), ea omnia Didymi esse arbitror, non partim Dardani, ut statuit Keilius⁷⁾.

De Victorii argumento calculandi.

- 117 Pervenio iam ad scriptorem Prisciano fere aequalem, quem calculatorem studiosissimum imperator Honorius appellasse fertur, Victorium Aquitanum. Cuius de vita et scriptis praefari supersedeo, cum nuper copiosius de his disputaverit Christius¹⁾. Sed ut paucis repetam quae omitti nequeunt, praeter celeberrimum illum canonem paschalem Victorius scripsit priore parte saeculi V argumentum calculandi, cuius initium olim inter Bedae scripta editum²⁾ nuper a Christio e codice Bambergensi repetitum est una cum Abbonis commentarii partibus quibusdam selectis. Hinc nos excerpimus ea quae de assis divisione traduntur³⁾, omisimus autem tabulas multiplicationis alienas a proposito. Quamquam extrema verba loci a nobis editi: *iam reliquae minutiae —, ut sunt sicilici sextulae et cetera, melius ex ipsius calculi inspectione cognoscuntur*, haec iisdem tabulis quodammodo illustrantur, siquidem illic legimus omnis multiplicationis principium fieri a dimidia sextula. Haec igitur tamquam minima pars assis addenda est sextulae sicilico reliquisque minutiis a Victorio enumeratis.

Carmen de ponderibus illustratur.

- 118 Didactica Romauorum Musa ut nullum fere doctrinae genus quamvis alienum a poetica tractatione reliquit inten-

drinus qui de mensuris marmorum ac lignorum scripsit aut Chalcenterus esse videretur aut alius quispiam ex iis Didymis quos scripta reliquisse aliunde novimus. Nam nulla est in ea re probabilis coniecturae quasi ansa; nisi forte hoc affirmari potest certe a Chalcentero, qui grammaticos tantummodo libros scripserit, alienam fuisse illam mensurarum scientiam.

7) Quaest. gramm. p. 8.

1) Vide *Sitzungsbericht der Münch. Akad.* 1863. I p. 100—152.

2) V. Christium p. 109.

3) *Ibidem* p. 133 s.

tatum, ita etiam ponderum et mensurarum scientiam versibus describere conata est. Quo ex genere ad nostram aetatem pervenerunt duo carmina, alterum brevius nec ulla peculiari virtute insigne, alterum satis copiosum ac laudabili arte et studio compositum, de quo iam nobis est disputandum.

Nonnulli veteres codices una cum Prisciani grammatici scriptis continent centum sexaginta fere versus de ponderibus et mensuris, quos et ex ipsa illorum codicum auctoritate et quia Priscianum de simili argumento scripsisse in libro de figuris numerorum recordabantur, multi eidem grammatico tribuere consueverant. Quam opinionem quomodo Wernsdorfius cum reliquis testimoniis quae de auctore carminis feruntur conciliare studuerit, supervacaneum est hic repetere, quoniam alio ex principio totam quaestionem ordiendam esse recte nunc cognitum habemus.

Iam primum videamus, quid ex ipsis veterum librorum testimoniis de scriptore carminis statuendum sit. Inscripta habet

De ponderibus codex Bobiensis vetustissimus;

item Prisciani liber de ponderibus et mensuris ex opere Rufini vel Faviani. de ponderibus et mensuris cod. Vossianus 33 in 4 (Keil. ad Priscian. vol. II p. 391); similiter codex Reginae Sueciae, ex quo Burmannus (poet. Lat. min. vol. II p. 396) affert: *Prisciani liber de ponderibus et mensuris ex opere Rufini vel Faviani*;

Versus Prisciani grammatici de figuris numerorum et ponderum Sangallensis 817 (Schenkl. p. 59 commentarii infra in adn. 2 citati);

Remi Favini de ponderibus et mensuris cod. Guelferb. Gudianus 64 in 4, a nobis collatus, item Vossianus 12 in 8 (Hertz. ad Priscian. vol. I p. XXI), Morbacensis (Endlicher. p. 99), Monacensis 18375 saec. X, alii (Christ. in Mus. Rhen. XX p. 69);

Remi Favini epistola de ponderibus ex sensu eiusdem clari auctoris ad Symmachum metrico iure missa incipit cod. Parisinus 7498 (Keil. ad Priscian. vol. II p. 396);

denique inscriptione omnino carent Guelferb. Gud. 132 in 4, Paris. 7461, editio Veneta princeps (anni 1470).

Haec de inscriptionibus carminis a certis auctoribus tradita hic proponenda esse existimavi. Quibus testimonii perlustratis primus Endlicherus dubitationem movit, num iure Prisciano id opus tribueretur. Tum H. Keilius¹⁾ recte demonstravit nec librorum manu scriptorum auctoritate satis defendi eius grammatici nomen, nec rerum de quibus agitur argumento; ac nomen Prisciani tum demum carmini inscriptum videri, postquam in codicibus una cum eius libris scribi coeptum sit. Alteram autem opinionem de Rufino vel Favino auctore Car. Schenkelius²⁾ inde ortam esse existimavit, quod olim illud carmen sine auctoris nomine inter scripta Rufini et Remmii Fannii grammatici positum fuerit. Contra G. Christius, qui postremo de hoc argumento disputavit³⁾, censet auctorem carminis fuisse Remmium quendam Flavium sive Flavinum, diversum illum quidem a Remmio Palaemone grammatico, a quo ipso Fannii nomen alienum sit. Sed hi omnes, ut ex parte inter se discrepant, ita in eo recte consentiunt non a Prisciano grammatico carmen scriptum esse, quae res, si cui alii insuper argumentis indigere videatur, is legat ea quae diligenter Christius explicavit, non solum nonnullas res easque graviores aliter a Prisciano definiiri atque ab huius carminis scriptore⁴⁾, sed etiam dicendi genus apud utrumque plane diversum esse. Quid? cum nuper Priscianum ponderum et nummorum veterum non satis peritum fuisse a nobis demonstratum sit⁵⁾, nonne haec etiam sententia in

1) Praefat. ad Priscian. vol. II p. 402.

2) *Zur Kritik späterer lat. Dichter* (Sitzungsber. d. Wiener Akad. 1863) p. 59.

3) *Mus. Rhenan.* XX p. 69 s.

4) *Ibidem* p. 66 s. Ut obolus in carmine de ponderibus atque apud omnes vetustiores auctores scripuli est dimidia pars, a Prisciano autem idem cum scripulo aequatur secundum Dardanum (de fig. 10). Tum denarium quattuor scripulorum, quo maxime nititur Prisciani argumentatio, ignorat scriptor carminis. Nec in reliquis fere simile genus praeceptorum.

5) *In Philologi* vol. XXII p. 202 ss.

medium afferri potest, inscitiam Prisciani et laudabilem doctrinam illius qui hoc carmen scripsit minime convenire in unum hominem, alterum igitur diversum esse ab altero?

Verum iam in hoc acquiescamus nomen scriptoris non esse notum; illud autem quaeramus, quocumque is nomine fuerit, meritone pro bono auctore habeatur.

Brevi exordio (vs. 1—5) poeta, cum declarat se pondera quae medicorum in libris inveniuntur descriptorum esse, ipse nobis ostendit hoc carmen cognatum esse cum tabulis illis Graecis quas medicinales appellavimus⁶). Praeterea idem de ponderis vi eiusque ad omnem mundi constitutionem momento apte et perite pauca commemorat⁷).

Iam primum (vs. 6—31) Romana pondera illustrantur, additurque in fine Atticae cuiusdam librae mentio. Ibi quod poeta a minimis se orsurum esse dicit, recte imitatur bonos in eo genere auctores Graecos⁸). Tum minima pondera afferuntur semiobolus, obolus, scriplum; scriplo autem tribuuntur vel sex siliquae vel sedecim lentis grana vel totidem speltae lupinive. Ex his in vulgari usu apud Romanos fuerunt siliqua, obolus, scripulum, quorum ponderum ipsas legitimas rationes tradit poeta. Addit semiobolum, h. e. ἡμιωβόλιον Graecum, quod in tabula Cleopatrae inter pondera receptum legimus (p. 234, 20). Quae autem praeterea frugum graua affert, ea omnia ad illud minimum pondus revocanda esse apparet, quod χαλκοῦς dicitur in eadem tabula Cleopatrae⁹). Ceterum recte scriptor monet, ne quis ex his granulis certum ac quasi naturale pondus definiri posse existimet, quo in errore multi harum rerum studiosi antiquis temporibus

6) Conf. Burmannum ad h. l., Bernhardy in hist. Rom. litt. p. 535 (edit. 4), Schenkelium p. 60: *der Verfasser hatte sich zur Aufgabe gestellt, für diejenigen, welche ältere medicinische Bücher gebrauchen und nach deren Anleitung Arzneimittel bereiten wollten, die in früheren Zeiten geltenden Maße und Gewichte angemessen zu erklären; denique nos vol. I p. 65.*

7) Conf. Ovidii, Germanici, Avieni versus a Burmanno aliisque citatos.

8) V. vol. I p. 96. 228. 240. 248.

9) Ibid. p. 125. 235, 1. Conf. praeterea p. 222, 4 al.

versati sunt¹⁰). Tum a scripulo perguit ad dragma (hanc enim formam illa aetas praeferebat), sicilicum, sextulam, duellam, unciam, denique libram, neque usquam in his à legitima ratione discedit.

Extrema hac carminis particula, ut diximus, Attica quaedam libra septuaginta quinque drachmis definitur. Hic certe scriptoris errorem deprehendimus, cuius tamen socium habet Dardanum illum a Prisciano citatum. Etenim cum septuaginta quinque vetustae drachmae Atticae incurrerent in libram Romanam, hi duo scriptores, cum plane nescirent vetustae drachmae Atticae pondus diversum fuisse a vulgari Romanorum drachma, hoc est denario Neroniano, finxerunt Atticam quandam libram vel minam septuaginta quinque drachmarum sive denariorum¹¹). Atque eadem ratione proximi huius carminis versus (32—40) iudicandi sunt, ubi Attica pondera, talentum, mina, drachma, obolus afferuntur. Nimirum cum scriptori persuasum sit Atticae drachmae (itemque oboli) pondus non differre a Romana ponderum ratione quam modo exposuit, sequitur ut Atticam minam faciat quattuor drachmis maiorem Romana libra; tum autem repetit falsam istam librae Atticae definitionem.

Sequitur assis distributio (vs. 41—55) scite in versiculos redacta. Ubi formam *decuncis*, quam nominativi loco plurimi falso habuerunt, genitivum esse ex *decunx* acute Christius perspexit¹²). Praeterea ad haec nihil adnotandum.

Tum 'haec de ponderibus', inquit scriptor, 'superest pars altera nobis', scilicet ut mensurae liquorum ac frumenti explicentur (vs. 56—90). Hic recte incipit ab amphora Romana sive quadrantali, quod quomodo ex pede porrecto efficiatur, accurate demonstrat. Deinde minora usque ad cyathum ita explicat, ut et frumenti et liquido-

10) Conf. vol. I p. 96 adn., p. 140. Praesertim multa in hoc genere commentos esse constat Hebraeos veteris testamenti interpretes.

11) Haec explicata sunt a Boeckhio p. 117, Christio p. 56 s. (commentarii in vol. I p. 67 adn. 5 citati), nobis in Philologi vol. XXII p. 205 s. 210 s.

12) Mus. Rhen. XX p. 66 s.

rum mensuras promiscue ponat et Atticas statim adiungat, medimnum et choenicem. Quae etsi sine ordine composita sunt, tamen omnino mutuae harum mensurarum rationes recte traduntur. Difficilior est locus de choenice et congio (vs. 69 s.). Sed post verba *cotylas — recipit geminas sextarius unus* apparet cum Endlichero legendum esse *quis* (i. e. quibus) *quater adsumptis*; nam quattuor cotylae sive duo sextarii choenicem efficiunt. Tum poeta, *adde duos*, inquit, nimirum choenices (qua voce masculina usus est perinde ac Graeci eius generis scriptores); nam si uni choenici duae praeterea adduntur, fit congius sex sextariorum (conf. praef. crit.).

Minimas mensuras, ut in Graecis tabulis fieri solet, pondere exigit. Cyatho tribuit drachmas decem, quae ratio convenit cum vetustissima tabula medicinali (p. 208, 27) aliisque. Addit oxybaphum quindecim drachmarum, unde efficitur id a scriptore quarta heminae parte aestimari convenienter ad vulgarem usum. Tum definit reliquas mensuras, mystrum, chemen, coclear, quarum nos hanc tabulam a sextario orsi proponamus:

sextarius	1					
hemina	2	1				
oxybaphum	8	4	1			
cyathus	12	6	1½	1		
mystrum	48	24	6	4	1	
cheme	144	72	18	12	3	1
coclear	288	144	36	24	6	2.

Comparemus cum hac tabula Graecas illas quae supra perscriptae sunt (vol. I p. 91. 99. 127. 130. 139): videmus a primo Galeneae collectionis scriptore (p. 91) et in Cleopatрана tabula (p. 127) oxybaphum perinde atque in hac tabula quartam heminae partem dici, reliqua autem omnia diversa esse. Contra tres reliquae tabulae (p. 99. 130. 139), quae ipsae inter se congruunt, ab hac tabula discrepant in oxybaphi definitione, sed consentiunt de mystro; ac vero consentirent etiam de cocleari, nisi poeta chemen inter mystrum et coclear interposuisset. Quod qua de causa fecerit, ipse dilucide exponit: voluit enim sexta-

rium non solum duodenariis partibus, ut vulgo fieri solebat¹³⁾, sed continuata assis distributione eundem usque ad scripulum dividi. Quae descriptio num vulgari in usu apud Romanos medicos fuerit, ego hic disquirere nolo: satis est demonstrasse eam diversam esse a bonis illis auctoribus qui Graecas tabulas, sed eas ipsas maxime Romanorum in usum, composuerunt.

Postquam poeta de his minimis sextarii partibus absolvit, tres mensuras amphora maiores adiungit, Atticum metretam, quem ipse Atticam amphoram sive cadum dicit, tum culleum, maximam Romanorum mensuram, denique artabam Aegyptiam illam quam scriptor *περὶ μέτρων* tribus modiis cum triente definit (I p. 62 s. 258, 20); nec aliter hic poeta: *artabae modii superest pars tertia post tres* (modios scilicet).

Tum perinde atque in Graecis tabulis plerisque sequitur comparatio ponderis variorum liquorum (vs. 91 ss.). Ubi videmus poetam eam rationem secutum esse quam Oribasius et Dioscorides tradiderunt (p. 101. 224, 7. 240 s.), qua quidem aquae vel vini sextarius habet uncias XX sive libram cum besse, olei uncias XVIII sive sesquilibram, mellis uncias XXX sive libras II S. Prudenter autem poeta addit non plane idem esse aquae et vini pondus, sed multas esse pro regionibus locorumque natura differentias. Quod argumentum ut primum attingit, ad latiorems eius rei demonstrationem se convertit porroque ad alia perducitur, quae cum plane pertineant ad doctrinam physicam, hoc loco explicari non possunt; sed breviter tamen commemoro istam alteram carminis partem ea maxime de causa memorabilem esse, quod inde, quantum Romani medici in physicis processerint, cognosci potest.

Postremo restat ut de aetate huius docti poetae ea repetamus quae Schenkelio et Christio visa sunt, quorum alter saeculo quarto exeunte vel quinto ineunte carmen scriptum esse coniecit, alter idem ad tertium saeculum Diocletianique tempora revocavit¹⁴⁾. Ac mihi quidem

13) Vide nostram metrologiam p. 92.

14) Schenkelius l. c. p. 60, Christius in Mus. Rhen. XX p. 70.

Schenkeli sententia probabilior videtur, sed rem in medio relinquo, quoniam certius iudicium fieri non posse intellego nisi subtilioribus quaestionibus de re metrica institutis, quae alienae sunt ab hoc loco.

De carmine quo librae partes breviter describuntur.

Carmini de ponderibus de quo adhuc diximus in quibusdam libris manu scriptis (v. praef.) adiunctum est alterum brevius ab alio scriptore ortum, quo librae sive assis partes breviter explicantur (fr. 121). Id quinto demum vel potius sexto saeculo scriptum esse probabiliter coniecit Schenkelius¹⁾.

In hoc carmine perinde atque in illo superiore (vs. 45—52) primum librae partes duodenariae enumerantur (vs. 1—7), quibus additur sescuncia *unciolae mediam iungens*, h. e. ex uncia una et dimidia composita.

Tum scriptor non solum commemorat unciae vicesimam quartam partem esse scripulum, sed addit etiam plenam unciae divisionem hanc:

- pars dimidia est stater sive semuncia²⁾
- tertia — duae sextulae sive duella³⁾
- quarta — siclus sive sicilicus sive sikel⁴⁾
- sexta — sextula sive sescla
- octava — dragma sive olce
- duodenaria est dimidia sextula⁵⁾
- vigesima quarta est scripulus sive gramma.

Denique scripuli partes hae ponuntur:

- dimidia est obolus⁶⁾
- quarta — cerates⁷⁾
- sexta — siliqua

1) P. 58 adn. commentarii supra p. 26 adn. 2 citati. Non post sextum saeculum carmen scriptum esse inde efficitur, quod eo Isidorus usus est.

2) V. Isid. fr. 125, 16.

3) Ibid. 15.

4) Ibid. 18.

5) V. Volus. Maec. § 31 et supra prol. § 117.

6) Isidor. fr. 125, 11.

7) Ibid. 10.

octava est calculus, qui ipse duo granula ciceris pendere dicitur⁸⁾.

In hac tabula, sicut infra adnotavimus, singula quaeque accurate conveniunt cum rationibus ab Isidoro traditis, nisi quod ille dimidiam sextulam omittit. Iam si quaerimus, uter horum scriptorum altero usus sit ideoque altero sit posterior, comparantibus omnem Isidori in libris conscribendis rationem reputantibusque, quemadmodum idem de mensuris ac ponderibus scribens varios vetustiorum auctorum libros compilaverit, vix ac ne vix quidem dubium esse potest, quin ex hoc carmine suam doctrinam depromserit Isidorus, minime vero ab Isidoro hic poeta.

A vulgari Romanorum ratione diversa sunt apud utrumque scriptorem calculus, quarta pars oboli, et cerates sive ceratim. Atque hae quidem barbarae sunt appellationes, ex κεράτιον depravatae; sed hi scriptores cum nomine etiam rem immutaverunt, semiobolo, non siliquae, ceratem aequantes.

De vetere Epiphanii versione Latina.

120 Veterem quam dicunt Epiphanii versionem in Francorum regno scriptam esse iudicat Mommsenus¹⁾. Iam cum eadem versione sine dubio usus sit Isidorus, apud quem verba *ab initio vero* et quae sequuntur non diversa legantur ab illo contextu²⁾, satis arte illius interpretis aetas circumscribitur priore saeculi sexti parte, nisi forte eundem iam quinto saeculo, sed eo ipso extremo, scripsisse existimabis.

Quodsi hanc versionem cum variis illis Graeci operis formis quae supra editae sunt comparamus, facile elucet

8) Ibid. 8.

1) V. ad Volus. Maec. p. 286 (*Abhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss.* III 1853): *Die Schrift gehört in ihrer jetzigen Form in jene merkwürdige Reihe lateinischer Bearbeitungen griechischer, besonders alexandrinischer Schriften im fränkischen Reiche wie der Barbarus Scaligeri, die Cosmographie von Ravenna und manches andere Stück.*

2) Sunt hi loci alter versionis Latinae § 30, alter Isidori apud nos fr. 125 § 14.

ei quidem tractatui quem primo loco posuimus (I p. 259) simillimam esse hanc Latinam interpretationem³⁾, sed tamen Graecum exemplum, quod interpres in manibus habuerit, nonnullis locis propius ad integrum Epiphanii operis contextum accessisse quam eam Graecam scripturam quae nunc vulgata est. Nam et stamni mensura, quae legitur in indice Epiphaniiani libelli, omissa autem est in ipso contextu, servata fuit in Graeco Latini interpretis libro⁴⁾, et locus de talento ibidem integre scriptus exstitit, qui in nostris libris gravius corruptus est⁵⁾. Quamquam alia insuper menda hoc loco intulerunt ii librarii qui Latinam scripturam a nobis editam propagaverunt; minime enim mihi persuadere possum aut *sexcentae millesimae* imperitissime pro ζ i. e. *sexies millesimae*, aut *X assaria* pro *LX* incuriose scripsisse ipsum interpretem, qui in reliquis convertendis et religiosum et bene de his rebus instructum se praestiterit. Ex his igitur mendis alterum in ipso contextu, alterum certe in adnotatione corrigendum esse duximus.

De Isidori mensurarum et ponderum descriptione. De reliquis fragmentis in hanc collectionem receptis.

Quae Isidorus Hispalensis in uberrimo etymologiarum 121 opere de mensuris ac ponderibus scripta reliquit ea nobis in hac praefatione ita quasi termini loco fuerunt, ut, quoniam iam ad saeculum sextum extremum ac posteriora tem-

3) Incipit interpres ab Epiphanii a nobis editi § 4, ac deinceps singula eodem ordine persequitur. De stamno apud Epiphanium omisso vide adn. 4. Congii definitionem in interpretatione perinde atque apud Epiphanium sequitur ponderum explicatio (vol. I p. 142), cui utrobique adiuncta est extrema pars de mensuris.

4) V. vol. I p. 260, 7, ubi $\sigma\tau\acute{\alpha}\mu\nu\omicron\varsigma$ $\chi\rho\upsilon\sigma\eta$ inter congium et marim posita est, et conf. prol. p. 142. In Latina interpretatione stamnus locum obtinet § 19 inter capsacim et cotylam.

5) Scripturam Petavianam a nobis editam non variant G. Dindorfii libri. At interpretem apparet non haec corrupta, sed illa fere in suo libro legisse quae nos e codice Parisino 2665 attulimus vol. I p. 143 extr.

pora pervenimus, continua explicatione harum recentiorum reliquiarum abstinere, et quae dicere necesse videretur ea quam brevissima oratione comprehenderemus.

I. Quemadmodum Isidorus e vetustiorum scriptorum libris sua de mensuris ac ponderibus praecepta conglutinaverit, ii demum apte exponere poterunt qui omnem rationem quam Isidorus in opere componendo secutus sit illustrandam sibi proposuerint. Hic satis est breviter commemorare de mensuris agrorum Isidorum usum esse Balbi expositione et Columellae libris, de reliquis carmine de ponderibus, altero carmine de libra partibusque eius, Latina Epiphanii versione, denique variis Graecis tabulis de eodem argumento conscriptis.

II. Post Isidorum posuimus nonnullas incertorum scriptorum tabulas, quas in ista recentiore aetate ex antiquioribus exemplis in hanc esse formam redactas aut exploratum esset aut probabile videretur. Ut primam ex his tabulis (fr. 128) ab interpolatore insertam esse mediae Balbi expositioni acute perspexit Lachmannus. Tum altera (fr. 129) et ex priore tabula et Balbi expositione concinnata est. Additae tamen in centuriae definitione decempedae quadratae et pedes quadrati; et horum quidem summa recte esse dicitur *L DCCLX milia*, quae legenda sunt *quinquagies centena septingena sexagena milia* (= 5760000). Praeterea in eadem tabula (§ 2) praeter decempedam Romanam illustratur pertica quaedam provincialis, quae XII pedes, singulos XVIII digitorum habere dicitur. Nimirum haec est eadem pedalis mensura quam in Germania in Tungris inveniri Drusianamque appellari dicit Hyginus (fr. 114, 3); etenim monetalis pes et sescuncia sunt digiti XVIII.

Denique ad hanc nostri libri partem retulimus breviores duos locos de castrensi iugero¹⁾ et de mensuratione iugeri (fr. 130. 131).

1) In hoc fragmento iugerus qui *kastrensis* dicitur non differt a vulgari Romanorum iugero; nam tribuuntur ei ab hoc scriptore 288 decempedae quadratae sive ped. quadr. 28800. Sed quia quadrata ea mensura esse non pot-

III. Adiunxi deinde quinque tabulas quibus aut sola pondera aut pondera et mensurae explicantur, primum illam Bobiensem (fr. 132), de qua infra singillatim disputatum est (§ 122), tum duas e codicibus IX vel X saeculi repetitas, alteram e Bernensi (fr. 133), e Gudiano alteram (fr. 134), denique duas e Mutinensibus libris saeculi XIII et XV descriptas (fr. 135. 136), de quibus quae adnotanda essent omnia exposui in praefatione.

IV. Tum perveni ad alia quae extrema sunt et aetate et auctoritate. Sunt excerpta ex Isidoro e Gudiano codice a Lachmanno edita, quae cum partim a nobis secundum Vaticanum librum praestantissimum recenseri possent, non dubitavimus ea in hanc collectionem recipere (fr. 137—139). Sed alienum a proposito duximus illa Isidori capita repetere quae nulla fere re immutata ex Isidoro descripserunt veteres gromaticae collectionis auctores, ediditque e codice Gudiano alteroque Rostochiensi Lachmannus (p. 366—70). Haec cum vetustissima Isidori editione nuper contulit G. Friedleinus²⁾, eademque nunc maximam partem comparare licet cum Isidori contextu e vetustissimis libris a nobis edito, unde apparebit e codicibus qui similes fuerunt Monacensium duorum³⁾ compilatorem hos Isidori locos repetivisse. Sunt praeterea loci quidam de mensuris in

est (nulla enim est simplex radix eius numeri quadrata), initio *quadratus* correxi in *quadratas*. Porro antiquior quidam auctor scripserat iugerum in circuitu (conf. fr. 128, 5) habere perticas 72 (nam habet bina latera 24, bina 12 perticarum; unde hic scriptor absurde effecit singula latera esse 18 perticarum (nimirum non vidit talem quadratam figuram habere perticas 324, non 288). Hoc igitur de quadrata iugeri figura erravit scriptor: reliqua autem quae tradit minime negligenda: primum esse mensuram quandam tabulam, quartam iugeri partem, quae habeat perticas quadratas 72; tum iugerum capere castrenses modios 3: quo ex loco efficitur castrensem modium duobus vulgaribus modiis aequalem fuisse (conf. vol. I p. 40 s.).

2) V. Fleckeiseni annales 1863 p. 661 s.

3) Conf. verba apud Lachmannum p. 367, 14 s. cum nostra adn. crit. ad fr. 123, 1, tum apud Lachmann. p. 368, 11 ss. cum adnot. ad fr. 123, 14.

farragine illa geometricarum et gromaticarum reliquiarum quae vulgo sub Boetii titulo fertur. E quibus unum emendate edidit Lachmannus, alii duo in editione Boetii principe exstant repetitque sunt in posterioribus⁴⁾; sed hae reliquiae nec per se ullum fructum afferre possunt ad veterum mensurarum ac ponderum scientiam, nec omnino, ut opinor, his uti licebit prius quam de omni Boetii geometrico opere deque aliis quae iniuria olim Boetio tribuerunt satis pro rei gravitate disputatum erit⁵⁾. His accedit scriptor saeculi decimi, non mediocri, ut illis temporibus, doctrina, Abbo Floriacensis, cuius e commentariis in Victorii calculum scriptis partes selectas nuper edidit Christius⁶⁾. In quibus nonnulli loci sunt de ponderibus et mensuris antiquis⁷⁾, quos minime neglegendos esse existimo; sed et aetas ipsa qua haec conscripta sunt me prohibuit, ne ea in hunc librum reciperem, nec volui, cum ipse plane nihil meo studio addere possem, tantam partem Christii editionis repetere.

V. De Calvi interpretatione tabularum Alexandrinarum infra separatim dicemus (§ 123).

De tabula codicis Bobiensis.

- 122 Carmini de ponderibus (§ 118) in codice Bobiensi adscripta est brevior quaedam tabula qua Attica pondera homo quidam grammaticus illustrare conatus est¹⁾. In ea numeros insigniter corruptos esse non latuit Endlicherum, etsi rectam eos emendandi viam non invenit, quam nuper

4) V. Lachmann. p. 407—408, 2, Boetii editionem Basileensem anni 1546 p. 1212 et 1228.

5) Post Blumium et Lachmannum (Gromat. vol. II p. 64—96) nuper de hac re impeditissima disputaverunt G. Friedlein (*Gerbert, die Geometrie des Boethius* cet. Erlang. 1861, idem in *Fleckeiseni annalibus* 1863 p. 425 ss.) et M. Cantor (*Mathematische Beiträge zum Culturleben der Völker*, Hal. 1863 p. 184—198).

6) *Sitzungsber. d. Münchener Akad.* 1863 p. 141 ss. De aetate Abbonis v. *ibid.* p. 118.

7) V. l. c. p. 141—146 vs. 3, p. 150 vs. 7—152.

1) Prisciani gramm. carmina ed. Endlicher p. 108 s.

demum ingressus est Christus²⁾). Sed nobis ea res ita exponenda esse videtur, ut non solum rationes a Christo concinnatas egregie inter se convenire demonstramus, sed etiam nullam omnino aliam rationem esse convincamus, qua recte haec tabula explicari possit.

Librae partes ita descriptae sunt, ut duobus locis ubi numeri leviter corrupti inveniuntur vera ratio sponte prodeat. In talenti autem minaeque aestimatione et plures numeri iique gravius depravati, nec de ipso drachmarum numero qui conveniat minae ac talento constat. Quae iam sic inter se comparemus, ut quot drachmae ex quaque tabulae parte in minam referendae sint videamus. Tradit scriptor codicis Bobiensis talentum habere

libras	88,	ergo minam	drachmas	140 $\frac{4}{5}$
uncias	468	— — —		62 $\frac{2}{5}$
stateres	1935	— — —		129
dragmas	7340	— — —		122 $\frac{2}{3}$
scripulos	23220	— — —		129
obolos	45440	— — —		126 $\frac{2}{3}$
siliquas	92880	— — —		129

tum idem dicit minam habere

libram	1 uncias	4 dr. 1, i. e.	drachmas	129
stateres	22 dragmam	1 — —		89
dragmas	199 . . .	— —		199
scripulos	387 . . .	— —		129.

Iam hanc tabulam si oculis collustraveris, sponte apparebit eos numeros in codice integros esse, ex quibus par drachmarum summa ad minam redacta oriatur. Redeunt autem quinquies drachmae CXXIX ex diversis numeris computatae; ergo efficitur hunc unum verum numerum esse drachmarum quae in minam incurrunt, reliquos autem numeros corruptos ex hac genuina ratione corrigendos esse. Hinc Christi veram scripturam restituit³⁾, quam nos hac tabula oculis proponimus:

2) V. commentarii vol. I p. 67 adn. 5 citati p. 64 s.

3) Erratum est in uno numero siliquarum quae in talentum incurrunt, ubi XCI milia leguntur pro XCII, sicut recte habet codex.

talentum	1							
mna	60	1						
libra	$80\frac{2}{3}$	$1\frac{1}{2}$	1					
uncia	968	—	12	1				
stater	1935	$32\frac{1}{4}$	24	2	1			
dragma	7740	129	96	8	4	1		
scripulum	23220	387	—	—	12	3	1	
obolus	46440	—	—	—	24	6	2	1
siliqua	92880	—	—	—	48	12	4	2.

Hi sunt numeri quos ipse scriptor tabulae posuit, in quibus (ut numerorum notas nunc vulgares teneamus) librae $80\frac{2}{3}$ breviatae sunt ex $80\frac{2}{3}\frac{1}{2}$, unde etiam 968 unciae effectae; reliqua autem omnia accurate computata.

Postquam hac longiore quaestione antiqua huius tabulae forma restituta est, iam brevius eiusdem de auctoritate dicere licet. Duo sunt quae diversa ab reliquis auctoribus hic scriptor tradit, siliquam esse drachmae partem duodecimam et minam habere drachmas CXXIX. Ex his prius plane incredibile est magnamque prodit scriptoris ignorantiam aut temeritatem. Nam siliquae definitio non minus certa et immutabilis quam solidi et librae fuit, postquam Constantinus omnem nummorum et ponderum rationem constituit; ergo si quis scriptor diversa in hoc genere tradit, eius fides etiam de reliquis suspecta redditur. Nimirum proprium veteris minae Atticae pondus in hac tabula una drachma auctum⁴⁾, atque hinc reliquae et minae et talenti rationes effectae. Quod minae incrementum quis hominum qua de causa et quo tempore excogitaverit, ego ne coniectura quidem definire ausim, nec vero id meum esse duco, qui huic tabulae minime eam auctoritatem tribui posse censeam, ut inde antiquum et proprium talenti Attici pondus, diversum a reliquis auctoribus omnibus, efficiatur⁵⁾.

4) Vetus Attica mina a Solone constituta habuit uncias Romanas 16 (vol. I p. 90), sive denarios Neronianos 128, pro quibus in hac tabula ponuntur 129.

5) Conf. Christium l. c. p. 65 s.

De ponderum et mensurarum expositione quam Calvus latine expressit.

Supra demonstravimus Calvum Ravennatem, qui primus **123** Hippocratis libros latine edidit, his sub Africani titulo adiunxisse tractatum quendam de ponderibus et mensuris (prol. § 114). Iam magna quaestio est, graecene an latine scriptum hunc locum invenerit Calvus. Possis dicere latine, cum eodem loco ediderit Latinum scriptorem Balbum (v. *ibid.*). At hoc neutiquam verum esse videtur. Primum enim omnis stili habitus ac color, qualis per hunc tractatum a Calvo editum valet, interpretem recentioris aetatis, non Latinum scriptorem vetustiore prodit; tum certe veri similius est Graecae expositioni quam Latinae praefixum esse Africani, Graeci scriptoris, nomen; denique quod ipse Calvus dicit se hunc tractatum aliis plurimis quos in manibus habuerit praetulisse, quia magis et cum Hippocratis medelarum ponderibus et mensuris, et cum Latinis convenire et facere videretur, quis est qui neget his verbis Graecum fragmentum significari a Calvo perinde atque omnia Hippocratis opera in Latinam orationem conversum? Quod cum demonstratum sit, facile ab omnibus hoc alterum concessum iri puto, Calvum, ut qui Hippocrateam molem indefesso interpretandi studio superaverit, etiam hunc exiguum tractatum apte et cum fide convertisse. Cuius rei, ne qua dubitatio relinquatur, certa sunt argumenta: nimirum plurima quae Calvus habet etiam nunc graece exstant illiusque fidem et diligentiam comprobant. Quam paucissimis potero absolvam: Calvus per voculam *œ* Graecis ponderum et mensurarum vocabulis addere consuevit Latinas appellationes, ut *mnas minasœ* (fr. 141, 2), *tropaica duo quinarisœ duos* (*ibid.* 9), vel Latinum vocabulum praemisit Graeco, ut *sextarius xestesœ in duas lances cotulasœ* (*ibid.* 12); in reliquis autem nihil nec consilio nec corrigendi studio mutavit; denique sicubi erravit, ipso Graeco libro manu scripto in errorem inductus est.

Iam vero omnis haec disputatio ita instituenda est, ut quaeratur, quale Graecum exemplum Calvus expresserit.

Magnam auctoritatem inter Graecas reliquias tribuimus duobus fragmentis, alteri περὶ τολάντων (95), alteri περὶ μέτρων (81), quae in codicibus hoc quo statim dixi ordine posita sunt (prol. § 86). Ea iam, ut brevis sit appellatio, Alexandrinas tabulas vocemus. Has igitur tabulas Graecus ille scriptor quem Calvus expressit ita in unum tractatum coniunxit, ut et initio et in fine pauca aliunde repetita adderet, et a priore tabula ad alteram transitum faceret his verbis quae sunt apud Calvum *Sed nunc de mensuris* (§ 10). Iam in libro Graeco quo usus est Calvus Africano, celeberrimo scriptori, haec expositio tributa est, eundemque titulum in alio codice invenit Salmasius (vol. I p. 81), qui amphorae definitionem eandem quam Calvus expressit Graecam affert ex *Iulio Africano in fragmento περὶ μέτρων* vel ex *Africano in Cestis capite περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν*. Hic ipsa Salmasii verba magnam dubitationem relinquunt; qui si ista Graeca invenit *in fragmento περὶ μέτρων*, hac statuendum est quod statim dicturi sumus; sin vero ex Cestorum opere ea repetivit, longe aliter se res habet nec negari potest ipsum Africanum hanc expositionem e vetustioribus tabulis, ipsas illas Alexandrinas dico, concinnavisse suumque in opus collectivum inseruisse. Sed residet in mente scrupulus, cum altero loco *fragmentum* Africani citaverit Salmasius. Ne multa, equidem arbitror minime omne Cestorum opus aut maiorem partem eius, unde hoc de mensuris caput laudaverit, Salmasium in manibus habuisse, sed solum hoc fragmentum in libris invenisse idque sua coniectura ad Cestos Africani retulisse. Quod si verum est, relinquitur ut minime pro comperto habendum sit Africanum haec scripsisse: quam facile enim censemus fieri potuisse, ut huic fragmento a librario aliquo, quo maior auctoritas esset, celeberrimum Africani nomen praefigeretur.

Haec in universum disputanda fuerunt: iam singillatim Graecum Calvi librum cum Alexandrinis tabulis aliisque eius generis fragmentis comparemus.

Primum Graecus Calvi scriptor (fr. 141 § 1) breve exordium fecit simile quibusdam Graecis tabulis (fr. 51 vs. 4, fr. 66, 1); tum posuit totam Alexandrinam tabulam

quae est de ponderibus (fr. 95). Hic pauca admodum apud Calvum ab ea forma quam nos edidimus differunt¹⁾, in quibus gravissima sunt duo, primum quod Calvi scriptor (§ 6 = fr. 95, 5) variis drachmis in Alexandrina tabula enumeratis addidit Δελιαcam, tum quod in fine (§ 9 = fr. 95, 8) Calvi liber et nonnullis corruptelis vacavit quibus reliqui codices laborant et quaedam non iniuria omis- sisse videtur. Quae iam sic inter se conferamus ut ex Calvi interpretatione Graeca illius scriptoris verba restituamus eaque quae in Alexandrina tabula differunt uncis inclusa adiungamus: Διαίρεται δὲ [ἐκ περιουσίας καὶ add. Al.] τὸ δηνάριον κατὰ Ῥωμαίους εἰς μέρη ἀρνβ' [αυβ' Al.]. ἔχει γὰρ τροπαϊκὰ β' [μέρη ιβ' Al.], νό- μους δ', ἀκάρια δὲ ις'. ὁ δὲ νόμος οὐγγίαν ἔχει τῷ σταθμῷ. τὸ δὲ ἀκάριον διαίρεται εἰς τε σ καὶ γ' καὶ δ'' καὶ ε'' καὶ η'' καὶ θ'' καὶ ι'' [καὶ ια'' add. Al.] καὶ ιβ'' [καὶ ις' καὶ ιη'' add. Al.] καὶ κδ'', καὶ λς'' καὶ μη'' [καὶ μ'' καὶ ν'' Al.] καὶ οβ''. τὰ δὲ μέρη ταῦτα ἰδίας ὀνομασίας ἔχει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις λογισταῖς. Reliqua quae huc pertinent supra explicuimus (§ 115 extr.).

In altera parte quae respondet Alexandrino fragmento περὶ μέτρων (81) praeter leviores quasdam res infra adnotatas²⁾ maxima differentia est post verba καὶ τὰ ἐλαιρά

1) Omittit Calvi scriptor verba τὸ δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ usque ad τεσσαρεῖς (p. 301 vs. 3—9); tum idem post verba τῆ Ἰταλικῆ μνῆ p. 301 vs. 16 addit: *quae denarius vocatur, plurimi enim nunc fere in omnibus Italica utuntur*; tum pro verbis p. 301 vs. 20 editis πάλιν τὸ γράμμα ψεμμῶν γ'. ὁ θέρμος κερατίων β' Calvi scriptor habuit πάλιν τὸ γράμμα (ἔχει) θέρμος γ', ὁ θέρμος κεράτια β', quibuscum confer verba a Salmasio citata (I p. 81, II) et Parisini libri scripturam (ad I p. 301 vs. 19); denique Calvi scrip- tor omisit proxima verba ὡς εἶναι cet. (p. 301, 21—302, 2).

2) Amphorae definitio in Calvi libro iisdem verbis scripta erat quae citat Salmasius: v. vol. I p. 81, I. In Alexandrina tabula p. 257, 25 libris traditum est βρόχους; Calvus autem πρόχους legisse videtur. P. 258, 1 Alexan- drina tabula recte δὴ κογγία habet, ubi δικογγία legit Calvus. Paulo post verba quae apud Calvum inveniuntur *sextarium vero seu xesten Aegyptii henion dicunt repe-*

παραπλησίως cet. (§ 13 = fr. 81, 3 vs. 9). Hic enim in Alexandrina tabula et corrupte et mutile scripta ἔστι δὲ ὁ μετρητῆς ἐλαιρὸς ἴδυνατὰ ἔχων ἰς'. καὶ καλεῖται ὁ μο ἐκτεύς; Calvus autem multo plura in libro suo legit: *metretes autem olearius huius duplus est, caetera vero concordant. quam enim comparationem rationemve librae pondus ad mnam habet, librae mensura eandem ad cotulam habet, sextarii scilicet aestaeve dimidium. Medimnus autem Atticus modios sex Italicos capit. modius autem hecteus vocatur.* In his quae de medimno leguntur sine dubio vera ac genuina sunt: unde reliqua etiam quae Calvus addit minime spernenda esse apparet. Dixit antea scriptor Alexandrinae tabulae itemque is quem Calvus expressit mensuras olearias a centumpoundio Romano principium habere. Id equidem re ab omnibus partibus considerata aliter expedire non possum nisi hoc modo, sub Romanorum imperio in aliqua provincia eam mensuram oleariam quae Attico metretae responderet definitam esse C libris Romanis pro CVIII³), ipsam autem olei amphoram in eadem provincia hac quam dixi centenaria mensura duplo maiorem fuisse. Quid multa? in Aegypto artaba vetustior (prol. § 39) aequalis fuit Attico metretae, duae autem artabae medimnum Aegyptium effecerunt. Iam concludimus fuisse in eadem terra antiquam oleariam mensuram eodem modo ac medimnum, hanc autem postea a Romanis pondere CC librarum definitam esse, cuiusque partem CCLXXXVIII (vol. I p. 124) fuisse cotylam⁴). Haec, ut significavi, eli-

tita sunt ex fr. 78, 20, ubi ἡντίον habet codex. Tum apud Calvum § 15 vitiose addita verba *sexque artabts constat* et deinde post *modiorum trium* ommissa trientis nota: integra habes in Alexandrina tabula p. 258, 18 et 20. Porro apud Calvum § 16 extr. addita inveniuntur *saton autem satorumve paucae sunt differentiae*. Denique Alexandrinae tabulae paragraphum septimam iam secundum Calvum emendavimus; ipse autem Calvus vitiose habet *vini quatuor et decem librarum* (pro *decem*) et paulo post § 18 *granula quingenta* (pro *quadringenta*).

3) Sextarius olei pendit sesquilibram (fr. 64, 24 etc.), metretes igitur, qui est 72 sextariorum, libras 108.

4) Hanc esse iudico cotylam Alexandrinam quae in

cienda sunt e Graeci scriptoris verbis a Calvo expressis, modo ne quid a Calvo in hac re impeditissima erratum esse suspicemur. Reliqua autem quae supra ex Calvi interpretatione excrispi: *quam enim comparationem* cet., ea apta ratione explicare non possum.

Denique Graecus scriptor quem Calvus secutus est addidit notas ponderum ac mensurarum. Hic apparet Calvum proprios notarum ductus, quos in Graeco libro invenit, ne novi typi in officina faciendi essent, exhibere noluisse, pro his autem primas litteras cuiusque vocabuli posuisse. Sed in libro illo Graeco sine dubio similes notae fuerunt iis quas in priore volumine passim edidimus, et de talenti nota confer Salmasium supra a nobis citatum (I p. 81, V).

De apparatu Petri Danielis.

Iam cum ad calcem huius praefationis pervenerim, re-¹²⁴stat ut ex litteris quas prompto ac benevolo studio ad me dedit H. Usenerus describam apparatus Petri Danielis¹⁾, qui Bernae servatur (cod. 189 in fol.). Nimirum vir ille doctus consilium ceperat scriptores de mensuris ac ponderibus edendi, multaque quae ad propositum pertinerent collegerat. Sic exstitit apparatus manu scriptus, quo haec continentur:

I. Apographum codicis Bernensis A 57 saec. X (form. quadr.). Continet hic liber foliis XVI veterem Epiphanii versionem hoc titulo: INCIPIT EPIFANII | EPI CYPRIANI CIROTUS | DE HIS QUAE IN DIUINA SCRIP | TURA SUNT MENSURIS ATQ. PONDERIBUS. | ΛΑΝΔΕΦΡΗΔΟC. | *Si quis vult eorum* cet. Extrema sunt *Talentum super omnia pondera quibus alia appenduntur excellet.* Addit Usenerus hos duos quaterniones videri maioris cuiusdam codicis reliquias esse, posteriore demum tempore in singu-

vetustissima tabula medicinali (fr. 29, 5, prol. I p. 69 s.) octo olei unciis aestimatur. Nam divide 200 libras Romanas per 288: prodeunt unciae 8 $\frac{1}{2}$.

1) Petrus Daniel iuris consultus, Servii editor nobilissimus idemque Plauti et Petronii, mortuus est a. 1603 [sic Jöcher. secundum Baillet *jugem. des sav.*].

lare volumen colligatas. Pertinet igitur haec quae servata est vetustae versionis pars ab initio libri Epiphaniiani (p. 4 ed. Dindorf.) paene usque ad finem, nam post talenti definitionem (p. 32 vs. 16 Dind.) pauca admodum in Graeco contextu leguntur. Ergo differt eadem ab ea versione quam nos edidimus (fr. 122), quae tantum mensuras ac pondera continet, non reliquas res sane alienas a proposito (prol. § 87). Sed redeam ad apparatus Danielis. Huius igitur codicis apographum facit primam partem illius voluminis: sequitur L. Danaei epistula Genabo ad Ligerim data, qua ille ostendit se apographum a Daniele missum suis adnotationibus auctum remisisse²⁾. Tum haec inveniuntur:

II. folium formae octavae hoc titulo '*Ex. v. cod. Er-rici Memmii Volusii Metiani*'.

III. duo folia formae maioris: '*Isidori Iunioris Hispanlensis Episcopi De Ponderibus ex XVI libro Etymolog. cap. 24*'. Adnotata est varia nescio quorum codicum scriptura.

IV. folium unum, ubi *follis* et *μιλιάριον* (immo *μιλιαρίον*) explicantur.

2) Hoc est epistolae initium: *P. Danieli Togato et sibi chariss. | L. Danaeus in Christo s. p. D. | Remitto ad te mi Daniel eam quam de Epiphanio Ancorato Latinam fecisti partem quae apud me reliqua erat. quae si diutius, quam speraras, a me retenta est, id non tam tui oblivioni, quam meae pigritiae et ingenii ruditati tribuas, quoniam (an qua?) id non assequebar facile quod multis in locis occurrebat. Emendavi igitur multa, sed dum in calce tuae versionis versarer, ecce e nostris studiosus quidam Epiphanium totum a Iano Cornario Latine iampridem factum attulit. In qua legi ea ipsa translata quae a te conversa sunt. Id quod te nescire nolui, ut ne actum agas, nisi si quas annotationes forte edere in ipsam Cornarii versionem malueris. Ad quae Usenerus haec acute adnotavit: Hieraus geht hervor, dass Danaeus den Auftrag des P. Daniel ganz falsch verstanden haben muss. Die vorhergehende Abschrift des cod. A 57 ist von Danaeus ganz durchcorrigirt (auch gelegentlich mit Anmerkungen versehen, z. B. gleich fol. 1 über dem Titel des Buches Ancyrotus), offenbar unter der Voraussetzung, dass P. Daniel die (vermeintlich) selbst gefertigte Version dem griechischen Texte als Erläuterung gegenüber stellen woll.*

V. duo folia, quae continent emendationes in Graecum Epiphanii contextum. In margine adnotatum '*Cassander (an Cassonides?) in Liturgia meminit vet. Interpretis Epiphanii?*'.

VI. duo folia eiusdem argumenti hoc titulo '*In Epiph. de ponderibus Et mensuris?*'.

Praeterea Daniel nonnullos libros impressos collegerat suasque notas et varias codicum scripturas adiecerat, quae collectio nunc est codex K 178. In hoc volumine cum alia tum Prisciani, Rhemnii Fanni, Bèdae Angli, Volusii Maeciani libri inveniuntur.

Haec Usenerus, quae satis demonstrant maximo opere optandum esse, ut illius apparatus uberiores cognitionem quam primum habere liceat.



METROLOGICI SCRIPTORES
ROMANI.



108. *E. M. Terentii Varronis de lingua Latina libro V*
(169—174).

Multa pecuniae signatae vocabula sunt. aeris et 169
argenti haec: as ab aere. dupondius a duobus pon-
deribus, quod unum pondus assipondium dicebatur. 5
id ideo, quod as erat libra pondus. deinde ab nu-
mero reliquum dictum usque ad centussis, ut as sin-
gulari numero, ab tribus assibus tressis, et sic pro-
portione usque ad nonussis. in denario numero hoc 170
mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, 10
secundum ab duobus decussibus bicesis. reliqua
conveniunt, quod est, ut tricessis, proportione usque
ad centussis, quo maius aeris proprium vocabulum
non est. nam ducenti et sic proportione quae di-
cuntur, non magis asses quam denarii aliaeve quae 15
res significantur.

4. a] ab *Pri* 6. pondo *Mommsen. Gesch. d. Röm. Münzw. p. 193 adn. 75* 7. reliquum dictum *om. Pri centussem Pri* ut as singulari numero *om. Pri (probat Spe p. 13)* a ante singulari *add. N* 10. decusis *N* 11. decusibus *N* bicesis *N*, vicessis *Pri post bicesis FN add.* quod dici solum (solitum *Turneb.*) a duobus decussibus (*om. N*) bicensis (bicesis vel bigessis *alii*) 12. tricensis *N* 13. post centussis *codices Prisciani add.* quod et *Persius* ostendit, Et centum Graecos uno centusse licetur, quae non scripsit ipse *Priscianus (Spe p. 13)* quo] quod *N* 15. aliaeve quae] aliaeve *Pri*

- 171 Aeris minima pars sextula, quod sexta pars un-
ciae. semuncia quod dimidia pars unciae. se. valet
dimidium ut in selibra et semodio. uncia ab uno
dicta. sextans ab eo quod sexta pars assis, ut qua-
5 drans quod quarta, et triens quod tertia pars. semis
quod semias, id est [ut] dimidium assis, ut supra
dictum est. septunx a septem et uncia conlisum.
172 reliqua obscuriora, quod ab deminutione, et ea quae
deminuuntur ita sunt, ut extremas syllabas habeant.
10 ut deunx dempta uncia, dextans dempto sextante,
dodrans dempto quadrante, bes, ut olim des, dempto
triente.
- 173 In argento nummi: id ab Siculis. denarii, quod
denos aeris valebant, quinarii, quod quinos. sester-
15 tius, quod semis tertius, dupondius enim et semis
antiquus sestertius est, et veteris consuetudinis ut
retro aere dicerent, ita ut semis tertius, quartus se-
mis pronuntiarent. ab semis tertius sestertius dictus.
174 nummi denarii decuma libella, quod libram pondo as
20 valebat, et erat ex argento parva. sembella, quod

1. unciae est. semuncia *Pri* 2. semiuncia *N*
se] sic *FN rel.* se valet usque ad semodio *om. Pri*
4. assis, ut] assis est *Pri* 6. semias] semis *Pri* ut
seclusi idemque om. Pri 7. collisum *Pri*, conclusum *FN*
et rel. libri Varronis 8. diminutione *Pri* 10. deunx]
de una *FN*, una *Pri*, emendavit *Spe (p. 14) idemque eiecit*
deunx quod libri Varronis et Priscianus post uncia habent
14. sextertius *N*, idemque vs. 16 15. quod semis tertius]
duobus semis *Pri*, quod duobus semis additur *Muellerus*
e coni. 17. aera *Pri* ita ut — pronuntiarent] ut se-
mis quintus, semis quartus, semis tertius nuntiarent *Pri*
18. sestertius *om. N* 19. decuma] a decima *Pri* quod
libram *cet. om. Pri* as] aeris *Scioppius et Mue* 20.
simbella *N*

libellae dimidium, quod semis assis. teruncius a tribus unciis, quod libellae ut haec quarta pars, sic quadrans assis eadem.

109. *Ex eodem libro locus de agri mensuris*
(V. 34. 35). 5

Ager dictus in quam terram quid agebant, et unde ³⁴ quid agebant fructus causa: alii, quod id Graeci dicunt ἄγρὸν. ut ager quo agi poterat, sic qua agi actus. eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes quattuor — fortasse an ab eo quattuor, quod ea qua- ¹⁰ drupes agitur — in longitudinem pedes centum viginti; [in] quadratum actum et latum et longum esse p. centum viginti. multa antiqui duodenario numero finierunt, ut duodecim decuriis actum. iugerum di- ³⁵ ctum iunctis duobus actibus quadratis. centuria primo ¹⁵ a centum iugeribus dicta est, post duplicata retinuit nomen, ut tribus a tribus multiplicatae idem tenent nomen.

110. *Ex eiusdem libro de re rustica I* (10).

Modos quibus metirentur rura alius alios consti- ²⁰ tuit. nam in Hispania ulteriore metiuntur iugis, in

* 1. terruncius *N* 2. quod *om.* *Mue*

7. alii quod *Spe*, aliquod *F*, an quod *La*, qui haec et cetera usque ad ἄγρὸν unciis interclusit 8. arpo *F* quo *Turnebus*, quod *F* 11. et 13. centum viginti *FLa*, *CXX* *vulgo* 12. in *seclusi coll. de r. r. lib. I, 10*, hinc *Spe* esse p.] ē & *F*, esse *vulgo* 14. duodecim *FLa*, *XII* *vulgo* actum] actūs *F*, voluit igitur librarius actum corrigere (*Spe*) 15. primo a] prima *F* 16. est *F*, *vulgo om.* 17. a tribus *La*, actibus *F*, *vulgo om.*

Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. iugum vocant quod iuncti boves uno die exarare possint. versum dicunt centum pedes quoquo versum quadratum. iugerum quod quadratos duos actus habeat. actus quadratus qui et latus est pedes CXX, et longus totidem. is modus acna latine appellatur. iugeri pars minima dicitur scripulum, id est decem pedes et longitudine et latitudine quadratum. ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsicivum esse unciam agri aut sextantem seu quid aliud, cum ad iugerum pervenerunt, quod habet iugerum scriptula CCLXXXVIII, quantum as antiquos noster ante bellum Punicum pendebat.

15 Bina iugera, quot a Romulo primum divisa dicebantur viritim, quae heredem sequerentur, heredium appellarunt. haec postea centum centuria. centuria est quadrata in omnes quattuor partes, ut habeat latera longa pedum MMCD. haec porro quattuor

2. iugum] iugerum *M* 3. possunt *M* 5. qui est latus *C. XX* pedes et longus totidem *M* 6. centum viginti *Ve* modius *Ve* acuna *M*, ac mina *Ve* 7. latinae *L* 8. pedes in longitudinem et latitudinem *vulgo* 10. subsicivum *M* 11. seu] si *LMP^kVe*, aut *vulgo* pervenerunt quod habet *om. M* 12. quod *LP^k*, quot *Ve* scriptula *L*, scripula *MP^kvulgo*, scrupula *Ve* *CCXXXVIII^k* *L*, *CLXXXVIII M*, *CCLXXXVIII P^k*, ducenta octoginta octo *Ve* 13. quantus *P^k falso* as antiquos *LP^k*, ad antiquos *M*, autem ad ant. *Ve* noster] *nro^s M*, nostros *Ve* 14. pendebant *Ve* 15. quot *La*, quod *libri* 16. quaeque haeredem *Ve* haeredium *Ve*, heredem *M* 17. a centum centuria *Ve*, a centum centuria dicta *vulgo* 18. habeant *M* 19. pedum *M. M. C. 2 L*, pedum *M. M. C. M*, *M. M. C. pedes Ve* (*de P vide praef.*), pedum $\infty \infty$

centuriae coniunctae, ut sint in utramque partem binae, appellantur in agris divisim viritim publice saltus.

111. *Tabula agrestium mensurarum e Columellae libro V.*

(Vide prol. § 110.) 5

1. Modus omnis areae pedali mensura comprehenditur, quae est digitorum XVI. pes multiplicatus in passus et actus et climata et iugera et stadia centuriasque, mox etiam in maiora spatia procedit.

2. Passus pedes habet quinque. 10

3. Actus minimus, ut ait M. Varro, in latitudinem pedes IIII. longitudinis habet pedes CXX.

4. Clima quoquo versus pedum est LX.

5. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX. hoc duplicatum fecit iugerum, et ab eo quod erat 15 iunctum nomen iugeri usurpavit. sed hunc actum provinciae Baeticae rustici agnuam vocant, itemque XXX pedum latitudinem et CLXXX longitudinem porcam dicunt. at Galli candetum appellant in areis

D (hoc D cum transversa linea) Ge, eadem addito C ante D
Sch haec L, hec M, hae VeP^k

1. "coniunctae"centuriae L utranque LVe binae] bene M 2. et sic ante appellantur add. Ve publicę L, publice Ve

6. omnis cereae S comprehenditur Ve 7. quae est] quia S, qui Ve pes multiplicatus S 8. climmata S 10. quique Ve 11. in addidi e Varrone (supra p. 51,9) 12. quattuor Ve 15. facit Ve erit S 16. usurpabit SP 17. beticae Ve, bethicae P acnuam vulgo, agmiã Ve 18. triginta Ve CXXV Ve, CLXXV P porcã S 19. calli gandetum S, sed ex c cauda adscripta factum g

urbanis spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL [quod aratores candetum nomenant]; semiugerum quoque arepennem vocant.

6. Ergo, ut dixi, duo actus iugeri efficiunt lon-
5 gitudinem pedum CCXL, latitudinem pedum CXX,
quae utraeque summae in se multiplicatae quadrato-
rum faciunt pedum milia XXVIII DCCC.

7. Stadium deinde habet passus CXXV, id est pe-
des DCXXV, quae mensura octies efficit ∞ passus.
10 sunt ea m. p. V.

8. Centuriam nunc dicimus, ut idem Varro ait,
ducentorum iugerum modum. olim autem ab cen-
tum iugeribus vocabatur centuria, sed mox duplicata
nomen retinuit, sicuti tribus dictae primum a par-
15 tibus populi tripartito divisi, quae tamen nunc mul-
tiplicatae pristinum nomen possident.

9. Haec non aliena nec procul a ratiocinio quod
tradituri sumus breviter praefari oportuit. nunc ve-
niamus ad propositum. iugeri partis non omnis po-
20 suimus, sed eas quae cadunt in aestimationem facti
operis. nam minores persequi supervacuum fuit, pro
quibus nulla merces penditur.

1. centū S 2. nomenant S, et sic scripsit interpola-
tor; super e add. i manus paulo recentior 4. iugerum
Ve 5. CXX] CCXX S 6. quae utraeque om. P 7.
XXVIII dCCC S 9. mille Ve passus sunt campum
S (v. praef.), passus. sic ueniunt quinque milia pedum
Ve, sunt passus is ueniunt cet. P 12. post ducentorum
Ve add. numero 14. sicut Ve 15. tripartito Ve 17.
procul a ratiocinio S 18. braeviter S 19. possumus
S Ve (v. praef.) 20. estimationem S 22. mercede
penditur SP

10. Igitur, ut diximus, iugerum habet quadratorum pedum XXXVIII DCCC, qui pedes efficiunt scripula CCLXXXVIII.

11. Ut a minima parte, id est ab dimidio scripulo incipiam, pars DLXXVI pedes efficit L, id est 5 iugeri dimidium scripulum.

12. Pars CCLXXXVIII pedes centum, hoc est scripulum.

13. Pars CXLIII pedes CC, hoc est scripula duo.

14. Pars LXXII pedes CCCC, hoc est sextula, in 10 qua sunt scripula III.

15. Pars XLVIII pedes DC, hoc est sicilicus, in quo sunt scripula sex.

16. Pars XXIII p. ∞CC, hoc est semuncia, in qua scripula XII. 15

17. Pars XII p. II CCCC, hoc est uncia, in qua sunt scripula XXIII.

18. Pars VI p. III DCCC, hoc est sextans, in quo scripula XLVIII.

19. Pars III p. VII CC, hoc est quadrans, in quo 20 scripula LXXII.

20. Pars III p. VIII DC, hoc est triens, in quo scripula XCVI.

2. XXVII·dCCC S, milia XXVIII·dCCC *Ve* scripula *Ve* ubique, corr. P 3. CCLXXXVII S 5. pars aLXXQ S, pars CCXXXVIII *Ve*, pars DLXXII P efficiunt *Ve* 7. pedes C quae est *Ve* 9. et 10. pars septuagensima et secunda pars CXLIII pedes CC hoc est scripula duo. pedes CCCC hoc est sextula S, Pars: LXXII, pedes: pars. XLIII. pedes. CC. hoc est scripula duo. Pedes. CCC. hoc est sextula *Ve* 12. dc S 14. p. M. CC *Ve* 16. p. II. CCCC *Ve*, et sic infra (milibus non distinctis lineola superposita) 22. dc S

21. Pars III et XII p. $\overline{\text{XII}}$, hoc est quincunx, in quo scripula CXX.

22. Pars dimidia p. $\overline{\text{XIII}} \text{CCCC}$, hoc est semis, in quo scripula CXLIII.

5 23. Pars dimidia et duodecima p. $\overline{\text{XVI}} \text{DCCC}$, hoc est septunx, in quo scripula CLXVIII.

24. Partes duae tertiae p. $\overline{\text{XVIII}} \text{CC}$, hoc est bes, in quo scripula CXCII.

25. Partes tres quartae p. $\overline{\text{XXI}} \text{DC}$, hoc est do-
10 drans, in quo scripula CCXVI.

26. Pars dimidia et tertia p. $\overline{\text{XXIII}}$, hoc est dex-
tans, in quo scripula CCXL.

27. Partes tertiae II et quarta p. $\overline{\text{XXVI}} \text{CCCC}$,
hoc est deunx, in quo scripula CCLXIII.

15 28. Iugerum p. $\overline{\text{XXVIII}} \text{DCCC}$, hoc est as, in quo
scripula CCLXXXVIII.

112. *E Frontini libro II de limitibus.*


(Vide prol. § 111.)

p.³⁰
La Primum agri modum fecerunt quattuor limitibus
20 clausum




1. quincunx S, quincunx Ve 2. CX S 5. et
XII. p. XIII. dCCC Ve 6. septunx Ve CLXII · X S,
CLXXXIIX Ve 7. partes duae tertiae supra lineam ha-
bet S ab altera manu, ut videtur p. XXIII. CC. hoc est
pes: in quo scripula. CCXIII Ve 9. pedes XX · Id · C ·
S 11. destas S, destans Ve 12. CCXIII Ve 13.
pars^{te} S tertiae et II S, tertiae secundae Ve p.
XXIII · CCCC Ve 14. deunx S, deuns Ve 15. pedes
XXVIII dccc S, pedes XXVII · dCCC Ve

plerumque centum pedum in utraque parte, quod Graeci plethron appellant, Osci et Umbri vorsum: nostri centenos et viconos in utraque parte, cuius ex IIII unum latus, sicut diei XII horas, XII menses anni, XII decempedas esse voluerunt. ex actibus conicio 5 acnuam primum appellatum . . . dictum fundum. hi duo fundi iuncti iugerum definiunt



deinde haec duo iugera iuncta in unum quadratum agrum efficiunt, quod sint in omnes partes actus bini in hunc modum



10

quidam primum appellatum dicunt sortem, et centies ductum centuriam. sunt qui centuriam maiorem modum appellant, ut Cremonae decem et ducentum; sunt qui minorem, ut in Italia triumviralem iugerum quinquagenum.

15

113. *E Balbi ad Celsum expositione et ratione mensurarum.*

(Vide prol. § 112.)

1. Mensura est conplurium et inter se aequalium^{p.94}_{La} intervallorum longitudo finita, ut pes per unciam, per 20

1. centum libri, centenum La 2. Greci libri La
 3. centenos et viconos A, viconos et centenos E, centenum et viconum La 6. appellatum] *conf. vs. 11. 12 post fundum duae falsae figurae sunt in A (vide apud La diagramma 31): ego genuinam figuram eamque post definiunt restitui* 10. *post modum falsa figura est in A (apud La 32)* 13. Cremonae ALa, cremonam E decem libri, denum La ducentam A, ducenta E, ducenum La

pedem decempeda, per decempedam actus, per passum stadium, per stadium miliarium, et his similia.

2. Mensurarum appellationes quibus utimur sunt duodecim, digitus, uncia, palmus, sextans, pes, cubitus, gradus, passus, decempeda, actus, stadium, miliarium.

3. Minima pars harum mensurarum est digitus: siquid enim infra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidiam aut tertiam.

10 4. Uncia habet digitum unum et tertiam partem digiti.

5. Palmus habet digitos IIII, uncias III.

p.⁹⁵
La 6. Sextans, quae eadem dodrans appellatur, habet palmos III, uncias VIII, digitos XII.

15 7. Pes habet palmos IIII, uncias XII, digitos XVI.

8. In pede porrecto semipedes duo, in pede constrato semipedes IIII, in pede quadrato semipedes VIII.

9. Cubitus habet sesquipedem, sextantes duas, palmos VI, uncias XVIII.

20 10. Gradus habet pedes IIS.

11. Passus habet pedes quinque.

12. Decempeda, quae eadem pertica appellatur, habet pedes X.

25 13. Actus habet longitudinis ped. CXX, latitudinis ped. CXX.

14. Stadium habet pedes DCXXV, passus CXXV.

15. Miliarium habet passus mille, ∞ p. V, stadios VIII.

10. Uncia habet digitum unum et tertiam *Memmianus liber apud Rigaltium, om. libri a La collati* 13. quae *E*, que *reliqui et La* 20. II. S. *plerique*, duosemis *G*, unde duo semis *La* 27. ∞ p. v *Vaticanus*, pedes \bar{V} *reliqui*, milia pedum *V La*

16. ~~M~~ensurae aguntur generibus tribus, per lon-^{P.97}
gitudinem et latitudinem et altitudinem, hoc est re-
ctum, planum, solidum. _{La}

17. Rectum est cuius longitudinem sine latitudine metimur, ut lineas, porticus, stadia, miliaria, fluminum longitudines, et his similia.

18. Planum est quod Graeci epipedon appellant, nos constratos pedes, in quo longitudinem et latitudinem habemus. per quae metimur agros, aedificiorum sola, ex quibus altitudo aut crassitudo non proponitur, ut opera tectoria, inauraturas, tabulas, et his similia. 10

19. Solidum est quod Graeci stereon appellant, nos quadratos pedes appellamus, cuius longitudinem et latitudinem et crassitudinem metimur, ut parietum 15
structuras, pilarum, pyramidum aut lapidum materias, et his similia.

114. *Ex Hygini libro de condicionibus agrorum.*

(Vide prol. § 111.)

1. Hoc quoque non praetermittam quod plerisque 20
locis inveni, ut modum agri non iugerum sed aliquo nomine appellarent, ut puta [qua] in Dalmatia versus 122
appellant. idem versus habet p. VIII DCXL. ita iu- _{La}
gero versus numero sunt III ZZ. ego autem quotiens

1. ad § 16—19 in libris appictae sunt quaedam figurae
(apud La 68—71) 7. Greci libri La

21. aliquo] immo alio quo: conf. p. 60, 9 22. qua B,
om. G, quo La in Dalmatia] in campania quod G 24.
uersus non sunt B, sunt uersus numero GLa III. I. L.
B, III. L. G; de nota trientis vide praefationem

egeram mensuram, ita renuntiabam, IVGERA TOT, VERSVS TOT, ut, si forte controversia esset versum habere pedes VIII DCXL, in iugeribus tamen fides constaret. in provincia quoque Narbonensi varia sunt 5 vocabula: alii appellant libram, alii parallelam. in Hispania centurias. ita, sicut dixi, in consuetudine alicuius regionis inuenimus [sicut videtur] ita renuntiantum, IVGERA TOT, VERSVS TOT, sive LIBRAE TOT, sive quod aliud vocabulum aliquo modo com- 10 prehensum fuerit. ita cum iugera adscripta fuerint, licet peregrinis vocabulis possit aliquid . . . iugerum nobis ratio fuit, fidem servabit.

2. Neque hoc praetermittam quod in provincia Cyrenensium conperi, in qua agri sunt regii, id est 15 illi quos Ptolomaeus rex populo Romano reliquit: sunt plinthides, *id est* laterculi quadrati uti centuriae, per sena milia pedum limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero ∞CCL. lapides vero inscri- 123 pti nomine divi Vespasiani sub clausula tali, OCCV-
La PATI A PRIVATIS FINES: P. R. RESTITVIT. prae- 20 terea pes eorum, qui Ptolomeicus appellatur, habet monetalem pedem et semunciam. ita iugeribus numero ∞CCL, quae eorum mensura inveniuntur, accedere debet pars XXIII, et ad effectum iterum pars 25 XXIII, et prodeunt vero effecto monetali pede iugera

4. narbonensem *B*, narbonense *GLa* 6. hispania
G, spaniam *B*, spania *La* 6. ita si, ut dixi — inveni-
niemus, [sicut] uidetur ita renuntiantum *La* 9. con-
prehensum *G*, comprahensum *BLa* 12. fuit] sui *coni*.
La 14. cyrinensium *B* 15. ptolomeus *BLa*, phtolo-
meus *G* 16. id est *Turnebus*, om. libri 20. restituit
Turnebus, praestituit *BG* 25. prodeunt vero effecto]

∞CCCLVI ZZ. hunc igitur modum quattuor limitibus mensura S. S. inclusum vocamus medimna ∞CCL, quo apparet medimnon eorum mensura iugerum habere I, monetali autem mensura I — *.

3. Item dicitur in Germania in Tungris pes Drusianus qui habet monetalem pedem et sescunciam.

115. *Volusii Maeciani distributio.*

(Vide prol. § 115.)

VOLVSI MAECIANI

distributio item vocabula ac notae partium in rebus quae 10 constant pondere numero mensura.

Saepe numero, Caesar, animadverti aegre ferentem te, quod assis distributionem et in heredum institutione et in aliis multis necessariam ignotam haberes. quare ne tam exigua res ingenium tuum ullo modo 15 moraretur, cum partes ipsas tum vocabula et notas proponendas existimavi; et deprehendes distributionem quidem partium infinitam, oppido autem quam exigua vocabula et notas.

[1.] Prima divisio solidi, id est librae, quod as 20

pr̄ uniūero effecto B, P̄K̄ uniūero effectū G, erunt uniūero effectū conī. La iug. libri et La

1. *corruptelas numeri* ∞CCCL in BG vide apud La; *excurrentia autem* VIZ in codicibus contracta sunt in VIII 2. ∞CCL add. Rudorffus *Gromat. II p. 421* 4. mensuram IĠ B, mensura I. CC. G, 'debet esse unum, unciam, dimidium scripulum' La; vide praef.

10. assis distributio Bō e conī. quae constant] pecuniariis CBō, corr. Mo 12. Caesar Mo, cesor C, Censor Bō 15. quare Mo, quae CBō

vocatur, in duas partes dimidias diducitur; pars dimidia semis vocatur; nota eius S. [2.] sequens divisio fit in tres tertias partes; pars tertia triens vocatur; nota eius $\bar{\bar{}}$. [3.] sequitur divisio in quattuor quartas partes; pars quarta quadrans vocatur; nota eius $\bar{-}$. [4.] deinceps fit divisio in sex sextas partes; sextae partis nomen est sextans, cuius nota $\bar{\bar{-}}$. [5.] deinde dividitur in octo octavas, quae sescunciae vocantur, quarum est nota $\bar{\bar{-}}$. [6.] item in novem nonas; nona pars vocatur uncia duae sextulae; nota $\bar{\bar{-}}$. [7.] dividitur item as in duodecim partes duodecimas; vocantur singulae unciae, cuius nota $\bar{-}$.

[8.] Haec velut elementa primae de asse distributionis aequalitatem servant. si quid quibusdam earum detrahas vel conferas, fient dispares. [9.] quare si quadranti sextantem, vel trienti unciam applices, facies quincuncem, qui constat ex quinque unciis, hoc est quinque duodecimis; nota quincuncis $\bar{\bar{-}}$. [10.] si semissi applices unciam, vel quincunci sextantem, vel trienti quadrantem, efficies septuncem, hoc est septem duodecimas; nota septuncis S $\bar{-}$. [11.] si septunci applicueris unciam, vel semissi sextantem, vel quincunci quadrantem, vel trienti tantundem, facies bessem, id est duodecimas octo; nota besses S $\bar{\bar{-}}$. [12.] si bessis applicueris unciam, vel septunci sextantem, vel semissi quadrantem, vel quincunci trientem, dodrantem efficies, hoc est novem duodecimas; nota dodrantis S $\bar{\bar{-}}$. [13.] si dodranti applicueris unciam, vel bessis sextantem, vel septunci quadrantem, vel semissi trientem, vel quincunci tantundem, facies dextantem, hoc est decem partes duodecimas; nota dextantis S $\bar{\bar{-}}$. [14.] si dextanti applicueris unciam,

vel dodranti sextantem, vel bessi quadrantem, vel septunci trientem, vel semissi quincuncem, facies deuncem, id est undecim duodecimas; nota deuncis S = = - .

[15.] Ex his apparet in quas partes aequaliter, 5
in quas dispaes as dividatur. quo tamen facilius et
memoria res teneatur, summa divisionis haec est. in
asse sunt unciae XII, hoc est partes duodecimae duo-
decim, unciae et binae sextulae novem, hoc est no-
vem nonae; sescunciae octo, id est octo octavae; 10
sextantes sex, id est sex partes sextae; quadrantes
quattuor, id est quattuor partes quartae; trientes tres,
id est tres partes tertiae; semisses duo, id est duae
partes dimidiae. ceterae partes inaequalem faciunt
divisionem. [16.] in deunce sunt unciae undecim, 15
sextantes quinque et uncia, quadrantes tres et sex-
tans, trientes duo et quadrans, quincunces duo et
uncia, semis et quincunx, septunx et triens, bes et
quadrans, dodrans et sextans, dextans et uncia; de-
est assi uncia. [17.] in dextante sunt unciae decem, 20
sextantes quinque, quadrantes tres et uncia, trien-
tes duo et sextans, quincunces duo, semis et triens,
septunx et quadrans, bes et sextans, dodrans et un-
cia; deest assi sextans. [18.] in dodrante sunt un-
ciae novem, sextantes quattuor et uncia, quadrantes 25
tres, trientes duo et uncia, quincunx et triens, se-
mis et quadrans, septunx et sextans, bes et uncia;
deest assi quadrans. [19.] in besse sunt unciae octo,
sextantes quattuor, quadrantes duo et sextans, trien-
tes duo, quincunx et quadrans, semis et sextans, 30
septunx et uncia; deest assi triens. [20.] in septunce
sunt unciae septem, sextantes tres et uncia, quadran-

tes duo et uncia, triens et quadrans, quincunx et sextans, semis et uncia; deest assi quincunx. [21.] in semisse sunt unciae sex, sextantes tres, quadrantes duo, triens et sextans, quincunx et uncia; deest
 5 assi alter semis. [22.] in quincunce sunt unciae quinque, sextantes duo et uncia, quadrans et sextans, triens et uncia; deest assi septunx. [23.] in triente sunt unciae quattuor, sextantes duo, quadrans et uncia; deest assi bes. [24.] in quadrante sunt unciae
 10 tres, sextans et uncia; deest assi dodrans. [25.] in sextante sunt unciae duae; deest assi dextans.

[26.] Huc usque divisio maiorum [τῆς μονάδος], ut ita dictum sit, partium et celebris et nota est. sed cum rei natura infinitam partiendi praestet fa-
 15 cultatem, succedit unciae quoque, quae est assis, ut supra dictum est, pars duodecima, divisio, non tam celebris quidem, sed tamen non adeo ignota. [27.] ut assis, ita unciae prima divisio fit in duas partes dimidias, quae vocantur semunciae; nota semunciae ξ .
 20 [28.] item dividitur uncia in tres partes, quae vocantur binae sextulae; nota binarum sextularum ν . [29.] item dividitur uncia in quattuor sicilicos, id est quattuor quartas; nota sicilici δ . [30.] item in sextulas sex, id est sex sextas; nota sextulae λ . [31.] item
 25 in duodecimas duodecim, quas singulas partes dimidias sextulas vocamus; nota dimidia sextulae χ . [32.] item in scriptula viginti quattuor; scriptuli nota Ϡ . [33.] est autem assis semuncia pars vicesima

12. τῆς μονάδος *Mo*; in *C^p* satis magnam rasuram et vestigia Graecae vocis vidit *Bursianus*; lacunam non indicant *C^vBō*

quarta, duae sextulae pars tricesima sexta, sicilicus quadragesima octava, sextula septuagesima secunda, dimidia sextula centesima quadragesima quarta, scriptulum ducentesima octogesima octava. [34.] semuncia habet sicilicos duos, sextulas tres, dimidias sextulas sex, scriptula duodecim. [35.] duae sextulae habent sicilicum et dimidiam sextulam, sextulas duas, dimidias sextulas III, scriptula VIII. [36.] sicilicus habet sextulam et dimidiam, dimidias sextulas tres, scriptula sex. [37.] sextula habet dimidias sextulas duas, scriptula quattuor. [38.] dimidia sextula habet scriptula duo.

[39.] Has quoque partes in quantum libet dividere possis; verum infra eas neque notas neque propria vocabula invenies praeter ea. dimidium scriptulum audio quosdam ratiocinatores simplicium vocare, quod erit totius assis quingentesima septuagesima sexta, quam et ipsam partem infinito separare possis. [40.] nec mirum, si infra has partes partitio facta et nominibus et notis caret, cum etiam inter superiores primasque divisiones pleraeque partes et nominibus et notis careant: statim namque undecim undecimae assem efficiunt, nec aut nomen proprium aut notam habent; perinde decem decimae. nam nona assis facit unciam duas sextulas; octava, ut supra redditum est, sescuncia vocatur; septem septimae, quae et ipsae assem implent, nec nomen proprium nec notam habent; sextae sextantes vocantur;

1. et ante quarta add. C; numeros olim scriptos fuisse demonstrat Mo coll. vs. 3, ubi libri tricesima habent pro quadragesima 24. nam] iam conl. Mo

ne quintae quidem aut nomen proprium aut notam habent; iam vero tertias trientes, quartas quadrantas, sicut duodecimas uncias vocari ostensum est. [41.] infra has ceterae usque sextam decimam nomine
 5 proprio notaque carent; sed sexta decima semuncia sicilicus dicitur, nam sedecim semunciae octo sunt unciae, sedecim sicilici quattuor unciae fiunt, iunctae unciis octo assem implent: septima decima deinde interiecta nomine notaque caret: octava decima vo-
 10 cabitur semuncia sextula, nam hae decies octies ductae assem efficiunt: [42.] post has inferiores partes, excepta semuncia, duabus sextulis, sicilico, sextula, dimidia sextula, scriptulo, neque vocabula propria neque notas habent. [43.] centesima, quae com-
 15 modi aut usurarum nomine ad sortem applicaretur, solebat olim sicilico, id est C averso, eo notari quod cum C centum significaret, convertebatur ad eam summam, cuius centesima futura erat, et sive una convenerat, unus sicilicus, sive plures, tot sicilici
 20 ponebantur.

[44.] Sicut autem assis appellatio ad rerum solidarum hereditatisque totius, divisio autem eius ad partium demonstrationem pertinet, ita etiam ad pecuniam numeratam refertur, quae olim in aere erat, postea
 25 et in argento feriri coepit ita, ut omnis nummus argenteus ex numero aeris potestatem haberet. [45.] eo in numero sunt hi argentei nummi: denarius, cuius est nota X , quinarius, cuius est nota V , sestertius, cuius nota est HS . victoriatu enim nunc tan-
 30 tundem valet quantum quinarius; olim ut peregrinus

16. solebat olim *add. Mo*

23. etiam] et *CvBö*

30. ut] at *C*, ac *Bö*

nummus loco mercis, ut nunc tetrachmum et drachma, habebatur. [46.] denarius primo asses decem valebat, unde et nomen traxit; quinarius dimidium eius, id est quinque asses, unde et ipse vocatur; sestertius duos asses et semissem, quasi semis tertius, Graeca ⁵ figura ἑβδομον ἡμιτάλαντον, nam sex talenta et semitalentum eo verbo significant; lex etiam duodecim tabularum argumento est, in qua duo pedes et semis sestertius pes vocatur. [47.] nunc denarius XVI, victoriatum et quinarius VIII, sestertius quattuor asses ¹⁰ valet.

[48.] Infra quam divisionem sequitur alia quaedam subdivisio, notas aequae et propria vocabula habens. quare si ad denarium rationem conficias, assem hac nota scribas ac voces: semuncia sicilicus ¹⁵ $\text{X} \text{Ξ} \text{D}$; semunciae enim sedecim et sicilici sedecim assem efficiunt. [49.] dupundium hac nota scribas ac voces: sescuncia $\text{X} \text{Ξ} -$; nam sedecim sescunciae dupundium efficiunt. [50.] tressis hac nota scribas ac voces: sextans sicilicus $\text{X} \text{=} \text{D}$; aequae enim sedecim ²⁰ sextantes totidemque sicilici tres asses efficiunt. [51.] quattrussis hac nota scribas vocesque: quadrans $\text{X} \text{=}$; sedecim enim quadrantes quattrussis efficiunt. [52.] quinques hac nota scribas vocesque: quadrans semuncia sicilicus $\text{X} \text{=}$ $- \text{Σ} \text{D}$; nam sedecim quadrantes ²⁵ ac totidem semunciae sicilicique faciunt quinques. [53.] sexis hac nota scribas nominesque: triens semuncia $\text{X} \text{=}$ $- \text{Σ}$; aequae enim trientes et semunciae sedecies ducti sexis efficiunt. [54.] septus hac nota

1. tetradrachmum *Bö* et *Mo*; sed hic nunc praefert tetrachmum cum *C*

- scribas ac nomines: quincunx sicilicus $\times \text{II} \text{II} - \text{D}$;
 simili enim modo quincunces ac sicilici multiplicati
 septus efficiunt. [55.] octus hac nota scribas ac no-
 mines: semis $\times \text{S}$, quibus eodem modo multiplicatis
 5 octus reperies. [56.] nonus hac nota scribas appel-
 lesque: semis semuncia sicilicus $\times \text{S} \Sigma \text{D}$, ut simili-
 ter hac quoque nota, quae vocatur semis semuncia
 sicilicus, multiplicata nonus invenias. [57.] decus hac
 nota scribas atque nomines: septunx semuncia $\times \text{S} - \Sigma$;
 10 septuncem quoque ac semunciam totiens si duxeris,
 decus efficies. [58.] undeciaere hac nota scribas ap-
 pellesque: bes sicilicus $\times \text{S} \text{II} \text{D}$; nam bes sicilicus
 totiens ducti undeciaere efficiunt. [59.] duodeciaere
 hac nota scribas ac voces: dodrans $\times \text{S} \text{II} -$; do-
 15 drantes eodem modo computati duodeciaere efficiunt.
 [60.] tredeciaere hac nota scribas vocesque: dodrans
 semuncia sicilicus $\times \text{S} \text{II} - \Sigma \text{D}$; dodrantibus semun-
 ciis sicilicis eadem ratione multiplicatis tredecim as-
 ses efficias. [61.] quattuordeciaere hac nota scribas
 20 ac voces: dextans semuncia $\times \text{S} \text{II} \text{II} \Sigma$; dextantes se-
 munciaeque sedecim aequae quattuordeciaere efficiunt.
 [62.] quindeciaere hac nota scribas et appelles: deunx
 sicilicus $\times \text{S} \text{II} \text{II} - \text{D}$; deunx quoque ac sicilicus se-
 decies ducti quindeciaere efficiunt.
- 25 [63.] Ingeniosissime autem, cum ad denarium ra-
 tio conficeretur, excurrentis aeris nota inventa est,
 quae sedecies multiplicata id efficeret: nam cum de-
 narii nota praescribatur, eique subiniungatur aeris ex-
 currentis nota, manifestum est eam sedeciens ducen-
 30 dam ex adnotatione denarii.

[64.] Ad quinarium et victoriatum rationem Romae confici nescio: quemadmodum tamen, si velis, conficias, facilius apparebit, si prius inspexeris ad quem modum sestertiaria ratio confiat; tunc enim excurrentis aeris leges exemplum denariariae ratio-⁵ nis, et dimidiam duces; vel sestertiariae, et duplicabis.

[65.] Ad sestertium ratio si confiat, semis hac nota scribitur $-T$; vocatur libella teruncius. est autem libella sestertii decima pars, teruncius quadragesima, quae duae partes iunctae octavam sestertii, id¹⁰ est semissem, efficiunt; nam octo libellis, id est octo decimis, teruncii octo, id est octo quadragesimae (quae fiunt quattuor vicesimae, hoc est duae decimae) adiectae complent sestertium. [66.] sunt enim in sestertio libellae decem, singulae viginti, teruncii¹⁵ quadraginta. [67.] infra semissem nemo temere rationem sestertiariam ducit. potest tamen: nam quadrans, qui est pars sexta decima sestertii, poterit notari singula, quae est vicesima sestertii, et dimidio teruncio, qui est octogesima sestertii; nam utraque²⁰ haec pars iuncta efficit sextam decimam. [68.] as notari debet $\bar{\Sigma}$. haec ad sestertium nota vocatur duae libellae singula; fiunt duae decimae et vicesima, hoc est quarta pars sestertii; nam quater binae libellae octo fiunt decimae; quattuor singulae quattuor²⁵ fiunt vicesimae, hoc est duae decimae, quae superioribus iunctae sestertium complent. [69.] as semis notari debet $\bar{\Sigma} - T$, vocatur tres libellae singula teruncius, et sunt tres decimae, una vicesima, una quadragesima, hoc est quarta et octava sestertii; su-³⁰ persunt octavae quinque, id est semisses quinque, ut compleant sestertium. [70.] dupundius hac nota S;

vocantur quinque libellae, quae sunt quinque decimae; hae duplicatae sestertium implent. [71.] dupundius semis hac nota S - T; vocatur sex libellae teruncius; sunt autem sex decimae et quadragesima, id est dimidia et octava totius; supersunt octavae tres, id est semisses tres, ut sestertium compleant. [72.] tressis hac nota S = Σ; vocatur septem libellae singula; sunt autem pars dimidia et duae decimae et vicesima, hoc est pars dimidia et quarta; desunt duae octavae, id est quarta, quae iuncta impleat sestertium. [73.] tressis semis hac nota S = - Σ T; vocatur octo libellae singula teruncius; sunt pars dimidia et tres decimae et vicesima et quadragesima, hoc est pars dimidia et quarta et octava; superest octava, quae adiecta sestertium compleat.

[74.] Libella dicta creditur quasi pusilla libra: nam cum olim asses libriles essent, et denarius decem asses valeret, et decima pars denarii libram, quae eadem as erat, singula selibram, quae eadem semis erat, teruncius quadrantem haberet; sive denariaria sive sestertiaria ratio conficeretur, iisdem notis, id est libellarum et singularum et terunciorum, praeposita nota denarii vel sestertii, ut erat ratio, aera exprimebantur. [75.] posteaquam in sedecim asses denarius distributus est, denariaria ratio expeditius confici coepit, ut supra dictum est; sestertiaria mansit sub iisdem notis, aucta tamen computatione. [76.] haec quoque libella exemplo maiorum in duos velut semisses, qui singulae vocantur, et quattuor velut quadrantes, qui teruncii vocantur, dividitur.

[77.] Ponderis eadem divisio est quae aeris. nam in quas partes as dividitur, in has et libra dispen-

ditur. [78.] *dicitur* ita as quidem, seu de divisione solidi, seu de pondere, seu de numerata in aere pecunia agatur; libra autem in pondere. nummi vero argentei in pecunia forma publica dumtaxat nomen accipiunt.

5

[79.] Mensurarum liquoris atque grani expeditior et forma et appellatio est: nam quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios quadraginta octo, heminas nonaginta sex, quartarios 10 centum nonaginta duo, cyathos quingentos septuaginta sex. [80.] notae mensurarum:

quadrantal	q ⁱ	
urnae	q ^s	
modii	(^o) ⁱ	15
semodii	(^o) ^s	
congii	z	
sextarii ad vinum	o	
ad granum	Σ	
heminae	q	20
quartarii	t(^o)	
cyathi	TI	

[81.] Partium et numeri naturalis causa durat, quamvis nominibus apud quasque gentes differant. ponderis et mensurarum modus incertus est; nam eius 25 dispensio ac dimensio

1. dicitur *add. Mo* 11. cyatos *C* 23. Partium *etc.*
om. Bō 24. apud *C^v* ab *Helbigio collatus (vide praef.)*,
 apud *C^v Mo* differant *Mo*, referat *C* 25. nam eius]
 numerus *C^v* ab *Helbigio collatus*

116. *Liber de asse.*

(Vide prolog. § 114.)

[Balbus ad Celsum de asse minutisque eius
portiuunculis.]

5 [1.] Quicquid unum est et quod ex integrorum
divisione remanet, assem ratiocinatores vocant. quot-
quot ergo de integra divisione singulares res unita-
tesve remanebunt, totidem asses erunt: si unitas una
remanebit, unus erit assis asve; si duae, duo; si
10 plures, plures erunt asses. sed quia pauciores inter
aequales aequaliter dividi non possunt, nisi in minu-
tias, quemadmodum dictum est, secentur, oportet
eum qui docet ostendere quibus rationibus ab inte-
gris deriventur minutiae. [2.] assis quidem asve in
15 duas partes sectus sex principales generat divisiones,
†quibuslibet binis partibus toti suo aequatus et eius-
dem sui totus constitutus†. aut enim assis altera pars
est deunx, altera uncia; aut altera dextans, altera
20 tera bessis (sic enim potius dicendum est, quam aut
bes aut des, quoniam binas ex tribus assis partes
sibi vindicat), altera triens; aut altera septunx, al-
tera quincunx; aut utraeque partes erunt semis. [3.]
harum omnium partium nullae parem quantitatem ha-
25 bent praeter duas ultimas, quemadmodum patuit;
principales ideo dicuntur hae partes, quoniam una-

10. pauciora *coni. Gr* 16. aequatas et eiusdem sui
totius constitutrices, *nempe* divisiones, *coni. Gr*, aequatis
ex iisdem sui totus constituitur *Bö* 20. quam] quem
Ro 22. vindicat *Ro* altera triens *Ro* habet ante sic
enim potius; *transposuit Bö*

quaeque illarum et in alias partes dividitur quae secundariae sunt ad totum; omnis enim pars partis totius pars est. [4.] quod diximus explanandum est: cuiuslibet integrae rei in duodecim partes divisae semper duodecima pars uncia dicitur, restat vero 5
deunx; et hae sunt partes primae divisionis. [5.] haec de assis partibus tractamus nisi eo modo quo simpliciter sunt partes ut integri totius, species enim illius innumerabiles sunt; nam quotquot sunt integrae unitates, totidem necesse est intelligi assis esse 10
species. [6.] earum unitatum quaelibet divisa in aequales partes sex sextam habebit sextantem, reliquas dextantem; ergo sic potest dividi: pars una assis dextans, altera sextans. [7.] item cuiuslibet rei integrae in quatuor partes aequales divisae quarta pars quadrans vocabitur, reliquae dodrans. [8.] item cuiuslibet rei in tres partes divisae duae illarum bessis nominabitur, reliquae triens. [9.] rursus cuiusvis rei divisae in tales duas partes, quarum altera alteram septima sui totius parte superat, septunx nuncupabitur, superata quincunx. [10.] sexto modo res aliqua integra in duas aequales minutias separatur, quae utraeque semis dicuntur. [11.] septima divisio his adiungi potest; nam rei integrae in octo partes distributae pars quaelibet ex illis sine aliis considerata 25
sescuncia dici potest, reliquae semuncideunx.

[12.] Licet assis plures sint divisiones, tamen his septem numerarii ratiocinatores magis utuntur, et

5. restat *Bö*, sexta *Ro*, caeterae *coni. Gr* 7. non nisi *cont. Gr*, nisi *participium esse videri adnotat Bö* 12. sex *add. Gr*. 25. illis *coni. Gr*, iis *Bö*, aliis *Ro*

pars illa quae est semuncideunx, in frequenti usu non est, unde characterem non habet quo designetur. [13.] ás ergo habet unum deuncem, unum dextrantem, unum dodrantem, unum bessem, unum septuncem, duos semisses, duos quincunces, tres trientes, quatuor quadrantes, sex sextantes, octo sescuncias, duodecim uncias. [14.] et uncia ablata de asse remanet deunx, sublata uncia de deunce remanet dextans, sublata uncia de dextante remanet dodrans, sublata uncia de dodrante remanet bessis, sublata uncia de besse remanet septunx, sublata uncia de septunce remanet semis, sublata uncia de semisse remanet quincunx, sublata uncia de quincunce remanet triens, sublata uncia de triente remanet quadrans, sublata uncia de quadrante remanet sextans, sublata uncia de sextante remanet uncia, sublata semuncia de sextante remanet sescuncia, hoc est uncia et dimidia, sublata semuncia de sescuncia remanet uncia.

20 [15.] Et uncia quidem sic dividitur: unciae pars alia semuncia, alia duella, alia siciliquus, alia sextula, alia drachma, alia hemisescla, alia tremissis, alia scripulus scrupulusve. semuncia quidem est medietas unciae, duella tertia pars, siciliquus quarta, sextula sexta, drachma octava, hemisescla duodecima, tremissis sextadecima, scrupulus quarta et vigesima.

25 [16.] quare tremissis continet scrupulum et dimidium, hemisescla duos scrupulos, drachma tres, sextula quatuor, siciliquus sex, duella octo, semuncia duodecim, uncia quatuor et viginti, sescuncia sex et triginta, sextans octo et quadraginta, quadrans duos

et septuaginta, triens sex et nonaginta, quincunx centum et viginti, semis centum et quatuor et quadraginta, septunx centum et octo et sexaginta, besis centum et duos et nonaginta, dodrans ducentos et sedecim, dextans ducentos et quadraginta, deunx ducentos et quatuor et sexaginta, as ducentos et octo et octoginta.

117. *Loci e Festi libris de verborum significatione atque ex epitome Pauli* *).

[17] Actus modo significant — iter inter vicinos quatuor pedum latum, modo in geometrica minorem partem iugeri, id est centum viginti pedum.

[24] Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est, qui eam aestimaverunt aere, ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus. 15

[33] Bessem appellatum esse, quod bis triens sit, quamvis dura compositio fiat. [besis ex triente. besis VIII sunt unciae. triens tres.]

[54] Centenariae cenae dicebantur in quas lege Licinia non plus centussibus praeter terra nata inpendebantur, id est est centum assibus, qui erant breves nummi ex aere.

2. et ante quatuor idemque reliquis locis post centum et ducentos uncis seclisit Bō 4. et sedecim Bō, sedecim Gr (qui adnotat pro CCXVI librarium accepisse CCXXI), unum et viginti Ro

*) Numeri uncis inclusi indicant paginas editionis Muellerianae. Loci minoribus litteris expressi ex Pauli epitome repetiti sunt. In Festi locis ea quae probabili coniectura addita sunt cursivis litteris Muellerus significavit.

11. geometrica] gromatica Lachmann. in Mus. Rhen. II p. 357 14. estimauerunt G centussis G 15. decim G 16. besem G 17. besis etc. sic edidi e G 19. Centenarię caenae G 20. p̄terraenatab. G, et ab altera m. ī super ter

- [59] Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.
- [53] Centuria in agris significat ducenta iugera.
- [53] Centuriatus ager in ducena iugera definitus, quia
- 5 Romulus centenis civibus ducena iugera tribuit.
- [52] Choenica, mensurae genus.
- [64] Contrarium aes, grave aes.
- [73] Dextans dicitur, quia assi deest sextans, quemadmodum duodeviginti et deunx.
- 10 [72] Dispensatores dicti qui aes pensantes expendebant, non adnumerabant. hinc deducuntur expensa sive dispensata vel compensata; item compendium, dispendium, assipondium, dupondium.
- [78] Euboicum talentum nummo Graeco †septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quattuor milium denariorum.
- 15 [98] Grave aes dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. sed bello Punico populus Romanus pressus
- 20 aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem ut illi valerent. item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti.
- [100] Hemina ex Graeco ξέctου ἡμίσεια, quod est dimidia pars sextarii.
- 25 [108] Impensam stipem, aes sacrum, quod nondum erat pensum.
- [116] Libella deminutivum est a libra.
- [120] Lues] . . . λίτρα enim libra est.

1. pando *G*, sed ab *alt. m.* o super a 8. sextas *G*
 14. Fab. tal. nummo Graeco sex milium cistophorum est, nostro quattuor milium et quingentorum denariorum *coni. Mommsen. G. R. M. p. 72 (conf. eund. p. 29 adn. 95)* 15. et correxit altera manus in *G*; prima manus ex vel e-e scripsisse videtur cistoforum *G* quattuor *G* (recte supra p. 97 vs. 1) 17. es *G*¹, es *G*² 22. caelature *G* 23. greco *G* ξέctου ἡμίσεια correxi e scriptura *G* xestosimi, corrupta illa quidem e Graeco ΞΕCTΟΥΗΜΙ' 28. λίτρα] libra *G*

[144] Maximam multam dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus XXX bobus et duabus ovibus quenquam multari, aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus.

[157^a] Milium quidam putant cepisse nomen a maxima [†]nummorum summa quae est mille.

[165^a] Nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodcumque per aes et libram geritur.

[*Ibid.*] Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia quae per nexum obligatur. 10

[173^b] Nonuncium *et sescunciam quod magistri ludi appellant significat dodrantem et dimidium teruncium*, quod singula sescuncia *uncia et dimidium sit.*

[172] Nonuncium et teruncium dicitur, quod novem 15 unciarum sit sive trium.

[173^b] *Nummum ex Graeco nomismate existimant dictum, idemque nobis quod νοῦμνον illis valere, quia pecuniae nomina a Siculis accepimus, quorum hoc proprium est.* 20

[172] Nummus ex Graeco nomismate dicitur.

[202^b] Ovibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus delictis, ut in maioribus XXX bobus, nec hunc ultra numerum excedebat multatio; quoad, posteaquam aere signato uti civitas coepit pecora- 25 que multaticia incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta aesti-

6. 'in cod. videtur esse nummarum' Mue 13. sescun-
 cia Mue, sex . . . cod. 15. Nonunctium et terunctium
 G 16. unctiarū G 21. greco G 22. duobus coni.
 Sca coll. Paulo v. ovem (p. 195 Mue); at conf. infra pecu-
 latus 23. XXX bobus corr. Mue, amb. cod. teste Urs
 24. quoad correxi ex quod

matio pecoralis multae, et boves centenis assibus, oves denis aestimatae. inde suprema multa, id est maxima, appellatur tria milia aeris. item vicessis minoribus delictis.

- 5 [222] Parasangae apud Persas viarum mensurae.
 [237^a] Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo initium eius fraudis esse coepit, siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et XXX bo-
 10 ea lege sanxerunt T. Menenius Lanatus et P. Sestius Capitolinus consules. quae pecudes, postquam aere signato uti coepit populus Romanus, Tarpeia lege cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus aestimaretur.
- 15 [208] Pendere poenas solvere significat ab eo quod aere gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numero debitum solvebant: unde etiam pensiones dictae.
 [246^a] *Pondo libram dicebant, quod solebant iam inde a Roma condita aes appendere, cum non-*
 20 *dum argenti signati ullus usus esset, quod antiquorum publicae et privatae rationes etiamnunc docent.*
 [*Ibid.*] *Publica pondera ad legitimam normam exacta fuisse ex ea causa Iunius in . . . colligit, quod duo Silli P. et M. tribuni plebi rogarint his*
 25 *verbis: 'ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier [qui] solet, [uti] coaequator se*

3. millia vulgo vincensis cod. (?), corr. Urs 10. cam legem con. Mue praeter necessitatem menonius cod. (K) 11. cos. cod. 12. P. R. cod. 13. centusibus et decussibus cod. 16. roma G¹, ni add. G² pense G¹, penso G² 24. silli cod. trib. pleb. cod. 25. ex ponderibus cet.] v. praefat. 26. coaequatur sedulum ut hi quadrantal cod.

dulo malo, uti quadrantal vini octoginta pondo siet, congius vini decem pondo siet, sex sextari congius siet vini, III sextari quadrantal siet vini. sextarius aequus aequo cum librario siet, sexdecimque librari in modio sient. si quis magistratus adversus hac 5 dolo malo pondera modiosque vasaque publica modica minora maiorave faxit iussitve fieri dolumve adduit quo ea fiant, eum quis volet magistratus multare, uti dum minore parti familias taxat, liceto: sive quis im sacrum iudicare voluerit, liceto.' 10

[258^b] Quadrantal vocabant antiqui quam ex Graeco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo et XL capit sextarios.

[259] Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capiat. 15

[275] Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo et triente ratis fuerit effigies, ut navis in asse.

[265^a] Rodus vel raudus significat rem rudem et imperfectam. — Vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius, cum ait: 20 'plumbi paxillum rodus lignique metaxam'; sed etiam signato, quia in mancipando, cum dicitur 'rudusculo

1. pondo siet] p. is *cod.* 2. vini duo quinquaginta *cod.* (K) 3. quadarantal *cod.* 4. sex dequinque librae *cod.*, *corr. Sca et Mue* 5. dolo malo] d. m. *cod.* 6. iussit vere *cod.*, *corr. Sca* 7. quo *coni. Mue*, que *cod.* (K) 8. multare, uti *Urs*, multaretur *cod.* 9. patri *cod.* 10. im, i. e. eum, *Sca*, in *cod.* 11. Quadranta *cod.* 12. dicant *cod.* 13. Quadranta *G* 14. uas *G*²; prima manus quid pro u scripserit, cognosci non potest 15. *conf. reliquitas eiusdem loci apud Festum* 16. fuerint *G* 17. *conf. Festum v. Raudusculum p. 247^a et Paulum v. Rodusculum p. 275* 18. imperfectam *cod.* 19. paxillum et metaxam *cod.* 20. pro ante signato *vulgo add.*

libram ferito', asse tangitur libra. Cincius de verbis
 priscis sic ait: 'quemadmodum omnis fere materia
 non deformata rudis appellatur, sicut vestimentum
 rude, non perpolitum, sic aes infectum rudusculum.
 5 apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit: id ad
 rudus appellabant. in aestimatione censoria aes in-
 fectum rudus appellatur.'

[292] Semis, semodius, semuncia ex Graeco trahuntur,
 sicut et alia nonnulla, quae S litteram pro adspiratione eo-
 10 rum habent, ut ἑπτὰ septem, ὕλαι silvae. sic ista ab eo
 quod illi ἥμισυ dicunt declinata sunt.

[334^b] Sestertius dicitur quarta pars denari, quo
 tempore is decussis valebat, id est dupondius S.

[335] Sestertius dicitur quarta pars denarii, quo tem-
 15 pore is decussis valebat, id est dupondius et semis.

[347^b] Sesterti notam . . . ait signa continere
 dupundi et semissis. unde sestertius dictus quasi
 semis tertius. sed auctos esse postea asses in se-
 stertio. apud antiquos autem denarii denorum as-
 20 sium erant, et valebant decussis dicebanturque tum
 quadrigati bigati. quinquessis item valebat quina-
 rius. idem auctor est numerum aeris perductum
 esse ad XVI in denario lege Flaminia minus sol-
 vendi, cum Hannibalis bello premeretur populus
 25 Romanus.

4. rudē cod. rudusculū cod. 6. inestimatione
 cod. 7. rudis cod. 8. conf. reliquias eiusdem loci apud
 Festum grecothrahuntur G 9. litteram Festus et G,
 litteram vulgo 10. epta G ylai G 11. ymisi G 12.
 'denari corr. sec. man. denarii' Keil. 13. his decussis
 cod. 15. post semis G add. tertius 16. supplementa
 huius loci repetivi ex Mommseni G. R. M. p. 289 17. se-
 missis cod. (K) 24. P. R. cod.

[347^a] Sextantari asses in usu esse coeperunt ex eo tempore quo propter bellum Punicum secundum quod cum Hannibale gestum est decreverunt patres, ut ex assibus, qui tum erant librari, fierent sextantari, per quos cum solvi coeptum esset, et populus 5 aere alieno liberaretur, et privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur.

[336] Sicilicum dictum, quod semunciam secet.

[297^a] Stipem esse nummum signatum testimo- 10 nio est et id quod datur stipendium militi, et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur.

[359^a] Talentorum non unum genus. Atticum est sex milium denarium, Rhodium et Cistophorum quatuor milium et quingentorum denarium, Alexandrinum 15 XII denarium, Neapolitanum sex denarium, Syracusanum trium denarium, Rheginum victoriati.

[363^a] Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintius dictator, cum per novem dies totidem urbes et decimam Prae- 20 neste cepisset. id significare ait Cincius in Mystagogicon l. II duas libras pondo et trientem, qua consuetudine hodieque utimur, cum lignum bes alterum dicimus, id est pedem et bessem latitudinis habens, et sestertium, id est duos asses et semissem tertium. 25 item si tres asses sunt et quartus quadrans

2. quo] qd *cod.* bellū puniċū secundū qd *cod.* 9.
^h Sicum *G* semuntiam *G* 10. Festi locum integrum repetit Paulus; ceterum *conf. p. 313^b v. Stipem* 11. et id quod *Urs*, et de eo quae *cod.*, boni quod *libri Pauli* 13. *v. Mommsen. p. 69 (commentarii in praef. citati)* 18. *v. ibid. p. 73* 19. dict . . . *Urs* 23. immo bessalterum 26. et quadrans quartus *Urs*

[371^b] Viginti quinque poenae in XII significat viginti quinque asses.

118. *Ex Prisciani libro de figuris numerorum.*

(Vide prol. § 116.)

⁹
⁵ De ponderibus etiam necessarium esse putavimus addere. as nummus est libralis, per I perscriptam notatur, *℥*. dupondius nummus est bilibris, per duas II perscriptas, *℥℥*. sestertius nummus duarum semissis librarum per duas II et S, ex qua incipit semis,
10 perscriptas, *HS*. unde sestertius dicitur *quasi* semis tertius. de quo Arruntius haec ait: 'Sestertius olim dupondius et semis, quasi semis tertius, quo tempore denarius decussis valebat', hoc est, post duo sequens tertio loco est semis. hoc quoque secundum
15 Atticos et Ionas, qui ἥμις τρίτον dicebant pro δύο ἥμις, teste etiam Didymo, qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos. unde et Herodotus in I historiarum: 'Ἐποιεῖτο δὲ καὶ λέωντος εἰ-
20 κόνα χρυσοῦ ἀπέφθου ἔλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. οὗτος ὁ λέων, ἐπεῖτε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι ναός, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων — ἐπὶ γὰρ τούτοις ἴδρυτο — καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἔλκων σταθμὸν ἑβδομον ἡμιτά-

1. v. *ibid.* p. 77 poenas *Urs*

6. as numerus *G* per *℥* perscriptā notatur. Dipondius numerus *G* 7. per *℥℥* perscriptas, *omisso* *℥℥*, *G*
8. numerus *G* 9. per II et *G* 10. quasi *om.* *G* 11. aruntius *G* 12. dipondius *G* 13. dnos *G* 15. HMI-CYTPITON *G* ΔΙΟΗΜΙCΥ *G* 16. didimo *G* 19. *Herodoti locum totum om. G*

λαντον. ἰδοὺ ὄλον εἰπὼν δέκα τάλαντων γεγε-
νῆσθαι τὸν λέοντα, κατὰ λέγει ἔχειν ἑβδομον ἡμι-
τάλαντον, τουτέστιν ἕξ ἡμισυ τάλαντα. *septimum
semitalentum dixit pro sex semis talenta.*

Denarius quoque decem librarum nummus per X 5
perscriptam notatur, ✕. eorum pleraque in Verrinis 10
Ciceronis licet invenire in antiquissimae scripturae
emendatis codicibus.

Obolus dicitur, ut Dardanus docet, scripulus esse,
id est sex siliquae; drachma sive argenteus scripuli 10
tres; uncia drachmae octo, scripuli viginti quattuor;
unciae duodecim libra; libra vel mina Attica dra-
chmae septuaginta quinque; libra vel mina Graia
drachmae centum quinque; talentum Atheniense par-
vum minae sexaginta, magnum minae octoginta tres 15
et unciae quattuor.

Libra vel as unciae duodecim, deunx unciae un-
decim, dextans vel decunx unciae decem, dodrans
unciae novem, bessis unciae octo, septunx unciae
septem, semis unciae sex, quincunx unciae quinque, 11
triens unciae quattuor, quadrans unciae tres, sextans 20
unciae duae, sescunx vel, ut alii, sescuncia uncia et
dimidia pars unciae, semuncia semis unciae. duae
sextulae sunt tertia pars unciae, id est scripuli octo,

3. *septimum cet.*] pro septimū semitalentū dixit sex
semitalenta G 5. X] ✕, *omisso deinde ✕, G* 7.
inueniri, *omisso in, G* 10. Dragma G 11. dragmę
G scripuli XXIII · unciae XII G 12. dragmę LXXV
G 14. dragmę CV G 15. minę LX · Magnum LXXXIII ·
et unċ IIII G 17. unċ XII · dodrans unċ VIII, *omissis*
reliquis, G 19. Bissis unċ VIII · Septunx unċ VII G, *idem*
deinde unċ VI, unċ V ac sic reliqua 22. Sexcuns uel
alii sexcuntia · duę pastes uncię · Semuntia G

sicilicus scripuli sex, sextula scripuli quattuor, dimidia sextula scripuli duo. rursus sextula et dimidium sextulae sicilicus appellatur. scripulus siliquae sex. siliqua est quod dicunt Graeci κεράτιον vel λεπτός.

12
5 Necessarium tamen existimavi ad confirmanda supra dicta diversis auctoribus de his dicta subicere. Livius in XXXIII ab urbe condita: 'multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit centum talentis eam rem Achaeis stetisse, cum quingentos

10 denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit captivos Italicos.' qua ratione ostenditur sex milia denariorum habere talentum. nam cum quingeni denarii pro mille ducentis captivis dati

15 colligantur sescenta milia denariorum, centum ea ostendit fuisse talenta. centesima autem pars sescentorum milium sex milia inveniuntur. denarii autem illo tempore nummi argentei erant viginti quattuor siliquarum, quod in eodem libro ostendit Livius:

20 'signati argenti LXXXIII milia fuere Atticorum. tetrachma vocant. trium fere denariorum in singulis argenti est pondus.' vide quod quattuor drachmae sint septuaginta duae siliquae — diximus enim superius quod tres oboli, quorum singuli sex siliquas

25 habeant, drachmam faciunt — tres autem denarii idem habeant, id est LXXII siliquas. idem Livius in XXXVIII ab urbe condita ostendit magnum talentum

1. scripuli·III·G 2. scripuli·II·G 4. κεράτιον·
uel·ἀπτός G 8. polubius G 9. Achaeis] atheis G
11. ea] et G 20. signati argenti om. G tetrachma
libri VA apud Keilium, tethracma P apud eundem, tètrogramma
G 22. dragmē G 25 dragmā G 27. XXXVII G

Atticum octoginta habere libras et paulo plus, cum supra dictorum computatio manifestet octoginta tres libras et quattuor uncias habere talentum, quod est sex milia denariorum. Livius: 'talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat'; id est, sic decrevit senatus, ut non plus quam ternae librae et quaternae unciae singulis desint talentis. et scien- 14 dum quod secundum Livii computationem centum minae Atticae, quarum singulae septuaginta quinque drachmas habent, faciunt talentum magnum. nam 10 minus sexaginta habet secundum Dardanum. quod autem est magnum et minus, ostendit Terentius in Phormione: 'si quis daret talentum magnum'. Italica autem mina drachmas habet, ut supra dictum est, nonaginta sex, quod est libra duodecim unciarum, id 15 est denarii LXXII. hac igitur computatione LXXXIII librae Romanae et quattuor unciae, quod est magnum talentum, centum minas Atticas faciunt. Seneca in X epistularum ad Novatum 'viginti quattuor sestertia'; id est talentum Atticum parvum; viginti quat- 20 tuor enim sestertia sexaginta libras habent.

Varronis quoque auctoritate supra dictorum ple- 15
raque comprobemus. Varro de lingua Latina libro V: 16
'multa pecuniae signatae vocabula sunt' (*et cetera quae supra leguntur p. 49, 3 — 50, 19*). 25

1. habere LXXX libras G 2. LXXXIII libras et III unċe G 5. pondo LXXX G id est] Idem G 9. LXXV dragmas G 11. minus LX G dardaniū G, *vide prol.* p. 23 13. formione G 14. dragmas G 15. XCVI. quod libra · XII · G 16. LXXXIII · librę romanę et III uncię 19. epları, *littera l perscripta*, G XXIII sextaria G 20. parū atticū · XXIII enim sextaria LX libras G 23. libro V G

17 Didymus etiam ea confirmet: «καὶ Δίδυμος ἐν τῷ
περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας. «Ἴωνες καὶ
Ἄττικοὶ τὰ δύο ἡμις ἡμις τρίτον φασίν, καὶ τὰ
ἕξ ἡμις τάλαντα ἕβδομον ἡμιτάλαντον, καὶ τοὺς
5 τέσσαρας ἡμις πήχεις πέμπτην σπιθαμὴν, καθάπερ
φησὶν Ἡρόδοτος. *προθεὶς τὸ Ἐν δὲ Βατουσιάδης,
ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει Τρίτον ἡμιπόδιον,
ἀντὶ τοῦ δύο ἡμις πόδες. καὶ καθόλου ὅταν βού-
λωνται ἀριθμὸν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προσ-
10 κείμενον, τὸ δμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ αἰεὶ τοῦ πλεο-
νάζοντος λαβόντες τὸ ὄλον φασίν· οἷον τὰ ἕξ ἡμις
ἕβδομον ἡμις φασίν, τοῦ ἑπτὰ [ἑβδόμου], ὃς μο-
18 νάδι πλεονάζει τοῦ ἕξ, τὸ δμώνυμον λαβόντες. καὶ
Ῥωμαῖοι δὲ εὗρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχή-
15 ματι. τὰ γὰρ δύο ἡμις ἄσκαρια, ἅπερ ἦν τέσσαρα
τοῦ δηναρίου — δέκα γὰρ ἡδύνατο ἄσκαρια τὸ δη-
νάριον, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν δηναρίους παρὰ τὸ δηνα
ἐσχηματισμένοι — σιςτέριουμ φασίν, τοῦ μὲν σῆ
τὸ ἡμις δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σιμόδιουμ, σῆσκουας,
20 σῆσκουπλα, τοῦ δὲ τέριουμ τὸ τρίτον, καὶ ἔστιν
ἡμις τρίτον. τὰ δὲ χίλια σιςτέρια ποιεῖ διακό-
σια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, δέκα δὲ χρυσᾶ,
ἅπερ καὶ μίλλε νούμμως φασίν. τὸ δὲ σῆσκουας
σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ σῆ καὶ τοῦ κοῦμ καὶ τοῦ
25 ἄς ἄσσις, καὶ ἔστιν ἡμις σὺν ἄσκαριῳ, τουτέστιν
ἐν ἡμις ἄσκαριον. ὡςπερ δὲ ἡμέδιμνον λέγουσιν
Ἄττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σῆ-
μόδιουμ, πλεονάζοντος τοῦ σ.»

1. didimus G¹, sed y corr. ΚΑΤΟΙΔΙΜΟΚΕΝΤΟΠΕΡΙ-
ΤΕΣΥΠΑΡΑΦΟΝ, *omissis reliquis Graecis usque ad finem*, G
18. ἐσχηματισμένοι corr. Spengelius, ἐσχηματισμένους vulgo
18. σῆ et 24. σῆ et κοῦμ Keilius

119. *E Victorii argumento calculandi.*

(Vide prol. § 117.)

1. In hoc argumento unitas assis vocatur, cuius partes iuxta proportionalitatem suam propriis sunt insignitae vocabulis, notis etiam ad hoc excogitatis, 5 per quas eadem vocabula exprimantur, ut per discretionem nominum et notas nominibus affixas uniuscuiusque particulae notio facilius advertatur.

2. Et assis quidem, qui per I literam, sicut in numeris unum scribi solet, exprimitur, XII partes ha- 10 bet. quarum si unam detraxeris, reliquae XI partes iabus dicuntur, illa vero quam detraxisti, id est duodecima, uncia vocatur. si duas sustuleris, X residuae dextas, et quod sustulisti, id est duae, sextas appellatur. at si III dempseris, VIII quae remanse- 15 runt dodras et III demptae quadras vocatur. quod si IIII tollere velis, VIII reliquas bissem et IIII trientem nominabis. V vero sublatis VII residuas septuncem et V sublatis quincuncem placuit appellari. cum per medium fuerit facta divisio, utrumque dimidium 20 senis partibus constans semissem vocaverunt; unciam autem et dimidiam sescunciam, unciaeque dimidium semunciam.

12. iabus *cod.*, sed littera i in rasura, iabus *Abbo*, Labus *Beda*, dabum *fr. 134, 34*; ego deunx *Victorio restituendum esse existimo* 14. Dextans *Beda idemque infra Sextans*, Dodrans, Qnadrans, neque aliter mihi scripsisse videtur *Victorius* 17. Bissem vel Bessem *Beda* et IIII sublatis *coni. Christ.* 22. Sescunciam, vel Sesquunciam, aut Sesquiunciam nuncuparunt. Postremo, Vnciae dimidium, Semunciam appellarunt *Beda*

3. Iam reliquae minutiae quarum congestione dimidium unciae conficitur, ut sunt sicilici sextulae et cetera, melius ex ipsius calculi inspectione cognoscuntur.

120. *Carmen de ponderibus.*

(Vide prol. § 118.)

[De ponderibus.]

Pondera Paeoniis veterum memorata libellis
nosse iuvat. pondus rebus natura locavit
corporeis: elementa suum regit omnia pondus.
pondere terra manet: vacuus quoque ponderis aether
5 indefessa rapit volventis sidera mundi.

Ordiam a minimis: post haec maiora sequentur:
nam maius nihil est aliud quam multa minora.
semioboli duplum est. obolus, quem pondere duplo
gramma vocant, scriplum nostri dixere priores.
10 semina sex alii siliquis latitantia curvis
attribuunt scriplo, lentis vel grana bis octo,
aut totidem speltas numerant tristesve lupinos
bis duo; sed si par generatim his pondus inesset,
servarent eadem diversae pondera gentes.
15 nunc variant: etenim cuncta haec non foedere certo
naturae, sed lege valent hominumque repertis.

De ponderibus *A*, de reliquis libris vide prol. § 118

1. peonis *A*¹, peoniis *A*², poeniis *C*¹, poeoniis *C*² 2. rerum *A*¹*C* locabit *A*¹ 7. nil *A*¹ (*v. praef.*) minora *A*¹, minuta *A*³ *rel. vulgo* 9. gramma *A*³ *rel.*, dragma *A*¹ scrupulum *B*, scripulū *C* 11. adtribuunt *A*², attribuo *A*¹ scrupulo *B*, scripulo *C* lentis uergantur in octo *BC* 13. Biduo *B*¹*C* 15. etenim *A*³ *rel.*, et cum *A*¹ haec non] nunc *BC*¹

scripla tria dragmam vocitant, quo pondere doctis
 argenti facilis signatur nummus Athenis;
 olceque a dragma non re, sed nomine differt.
 dragmam si gemines, erit is quem dicier audis 20
 sicilicum: dragmae scriplum si adiecero, fiet
 sextula quae fertur; nam sex his uncia constat.
 sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.
 uncia fit dragmis bis quattuor; unde putandum
 grammata dicta, quod haec viginti quattuor in se 25
 uncia habet: tot enim formis vox nostra notatur,
 horis quot mundus peragit noctemque diemque.
 unciaque in libra pars est quae mensis in anno.
 haec magno Latio libra est gentique togatae:
 Attica nam minor est: ter quinque hanc denique dragmis 30
 et ter vicenis tradunt explier unam.

Accipe praeterea, parvo quam nomine Grai
 mnam vocitant, nostrique minam dixere priores,

17. scripla tria *A*³, scriplaria *A*¹, Scripula tria *BC*
 dragmam *ABC*, drachmam vulgo (*etsicinfra*) vocitant *om. BC*
 quo] quam *BC* 18. facile *A* Athenis] aenis *B* 19.
 olce quae *AC*, olcaequae *B* a] ad *C*, *om. B* 20. erit
 is] erit *C*, aderit *B* 21. sicilicum *A*, Sicilicus *rel. vulgo*
 scrupulum *B*, scripulū *C* adicero *A*¹, adiecero *A*³ 24.
 bis IIII *A* (*vide Endlicheri praef. p. X*) 25. grammata
*A*², dragmata *A*¹, Gramma *BC* XX et quattuor *A* (*v.*
Endl. ibid.) 26. tot enim] totidem *C* uox graeca *A*³
in marg. 27. hunc versum inter vs. 25 et 26 habet *A*¹,
idemque repetit in se ante horis quot] quod *A*¹*C* per-
 agit *A*² *rel.*, peraget *A*¹ 28. Unciaquae *BC* annum
BC 30. quinque hanc] quinques ad *A*¹, quinis at *A*²,
 quinque hac *A*³ *in marg.*, quinque haec *C* 31. uigenis
B unum *B* 32. paruo cognomine *C*, patrio quam
 nomine *Vinetus* grai *AB*, grandi *C* 33. mnam *A*³ *rel.*,
 nam *A*¹*C* nostrique minam dixere priores *A*³, quam

centum hae sunt dragmae; quod si decerpseris illis
 35 quattuor, efficies hanc nostram denique libram;
 Attica quae fiet, si quartam dempseris unam.
 Cecropium superest post haec *memorare* talentum
 sexaginta minas, seu vis, sex milia dragmis,
 quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;
 40 nam nihil his obolove minus maiusve talento.

Nunc dicam solidae quae sit divisio librae
 sive assis — nam sic legum dixere periti —
 ex quo quod soli capimus perhibemur habere,
 dicimur aut partis domini pro partibus huius.
 45 uncia si librae desit, dixere deuncem;
 ac si sextantem retrahas, erit ille decuncis.
 sed nullum reliquo nomen semuncia certum
 dempta dabit, neque *quae est huius* sescuncia triplex.

dixere duellam A^1 , nostri mnam dixere priores B , nostri
 quam mnam dire priores C

34. haec erunt C quod si] quae si A decepseris
 C 36. quae] que C unam *Vinetus*, emnam ABC , hinc
 mna *vulgo* 37. superem A uocare A^1 , dixisse A^3 ,
 docuisse *rel. vulgo* 38. sexaginta] Sex BC minis A^1 ,
 minas A^2 *rel.*; *ego malim* mnas cum *Vineto* seu bis ABC
 millia *vulgo et A ex silentio Endlicheri*, quod non verum esse
puto, milia B , milia denique C dragmis A^1 , dragmas A^2
 BC , drachmas *vulgo* 39. summus C Athenis] aenis B
 40. obolo neminus BC talentū BC 41. solide C 42.
 seu assis ABC 43. solidi A^3 44. dicimus A^2BC
 partes A huius] usus C 45. deest BC 46. Ac si
 B , axi A^1 , at si A^3 , Assis C extantem C retrahas
 A^3B , detrahas A^1C decuncis A^2 *rel.*, deuncis A^1 47.
 relinquo A^1 48. Dempto B neque quae est *Schenkelius*,
 neque est A^1 , namque est A^3 *in marg.*, neque inest B ,
 neque enim est C huius *om. A* sescuncia A^2 , sex-
 uncia A^1 , sexcuncia BC

dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto;
 cumque triens desit, bessem dixere priores. 50
 idem septuncem dempto quincunce vocarunt.
 post haec semissis solidi pars maxima fertur;
 nam quae dimidium superat pars esse negatur,
 ut docuit tenui scribens in pulvere Musa.
 cetera dicta prius quibus est semuncia maior. 55

Haec de ponderibus: superest pars altera nobis
 humida metiri, seu frugum semina malis.
 cuius principio nobis pandetur origo.
 pes longo in spatio latoque altoque notetur,
 angulus ut par sit quem claudit linea triplex, 60
 quattuor et medium quadris cingatur inane:
 amphora fit cybus hic, quam ne violare liceret,
 sacravere Iovi Tarpeio in monte Quirites.
 huius dimidium fert urna, ut et ipsa medimni
 amphora, terque capit modium; sextarius istum 65
 sedecies haurit, quot solvitur in digitos pes.
 at cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit

50. Cunque *C* besen A^2B , uesen A^1 51. sept-
 unciam A^1 , septunce est *B*, septuncem \bar{e} *C* quincunce
 A^3 , qcmque A^1 , cincūq. *BC* 53. nam quae $A^3rel.$, nam-
 que A^1 dimedium *A* 54. tenuis A^1 55. Caetera
C est semuncia $A^3rel.$, esse uncia A^1 , esset uncia A^2
 57. malis *A*, mauiis *BC vulgo* 59. altoque om. *BC* no-
 tatur A^3 60. angelus A^1 et par *C*, et pars *B* 61.
 quadris medium *B* 62. anphora *A* (*sed amphora vs. 65*)
 cybus *A*, cuius *BC*, cubus *vulgo* hic *vulgo om.* 63.
 immonte *C* 64. dimedium *A* fertur nam ipsa A^1 ,
 fert urna ut ipsa A^3 , fertur nam ut ipsa *BC* medemni
 A^3 , edemni A^1 66. aurit A^1 quot] quod A^1BC in
 digitos pes $A^2rel.$, indirit ospes A^1 67. at] ad *A* co-
 tilas A^3BC , colittas A^1 quas si] quasi *C*

- eminas, recipit geminas sextarius unus,
 quis quater adsumptis fit Graio nomine choenix.
 70 adde duos, chus fit, vulgo qui est congius idem,
 e quo sextari nomen fecisse priores
 crediderim, quod eos recipit sex congius unus.
 at cotyle cyathos bis ternos una recepat.
 sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur.
 75 bis quinae hunc faciunt dragmae, si adpendere malis:
 oxybaphon fiet, si quinque addantur ad istas.
 at mystrum cyathi quarta est; sed tertia mystri
 quam vocitant chemen, capit haec coclearia bina.
 quod si mensurae pondus componere fas est,
 80 sextari cyathus pars est quae est uncia librae;
 nec non oxybaphi similis sescuncia fiet,

68. eminas A^2 rel., emina A^1 , heminas vulgo 69. quis
Endlicherus, qui libri adsumptus A^2 , assumptus BC
 graia, A cenis A^1 , cenix A^2 70. chus A^2B^2C , huius
 A^1 , chrus B^1 71. E quo B , aequo A^1C , ex quo A^3
 sextarii A (e sil.) C 72. recipit A , capit et C , capiat
 B vulgo 73. cotile A^2C , cotilem A^1 , cotila B cyatos
 A^1 , chyatos A^2 , ciatós B , batos C (v. praef.) bis A^2 rel.,
 nix A^1 74. chyato A , deciato B , de bato C quoque
 om. BC sepe B 75. bis A^1 rel., uix A^2 quine B
 habet] nunc C dracmę C appendere uelis BC 76.
 oxybafon A^3 , hoc si bafon A^1 , Oxabafum BC fiet C ,
 facient B quinq: si C 77. totum versum omisit A^1 , in
 marg. adscr. A^3 Ad mystrum B , Ad mixtu C ciati
 ABC sed] a B , ad C mustri C 78. chemen] .. emen
 A^1 (puncta rasuram denotant), clemen A^3 , cyamen B , cia-
 men C coclearia BC , cōclaria A , cochlearia vulgo 79.
 pondus om. BC componere A , componere rel. vulgo 80.
 sextario A^3 rel., si sextarios A^1 ciatus BC est alle-
 rum om. ABC 81. hoc so baphi A^1 , hoxyibaphi A^3 , oxi-
 bafi B , exobafit C sescuncia A^3 , uncia A^1 , sexcuncia
 B , sex uncia C

silicumque tibi mystro simulare licebit.
 coclear extremum est scripuli que imitabitur instar.

Attica praeterea discenda est amphora nobis
 seu cadus: hanc *facies*, nostrae si adieceris urnam. 85
 est et bis decies quem conficit amphora nostra
 culleus: hac maior nulla est mensura liquoris.
 est etiam terris quas advena Nilus inundat
 artaba, cui superest modii pars tertia post tres,
 namque decem modiis explebitur artaba triplex. 90

Illud praeterea veteres perhibere memento,
 finitum pondus varios servare liquores.
 nam librae, ut memorant, bessem sextarius addit,
 seu puros pendas latices seu dona Lyaei.
 addunt semissem librae labentis olivae 95
 selibramque ferunt mellis superesse bilibri.
 haec tamen adsensu facili sunt credita nobis:
 namque nec errantes undis labentibus amnes
 nec mersi puteis latices aut fonte perenni

82. Siciculūq: *B*, Silicumque *C* mystro *A*³ *rel.*,
 mistro *A*¹ simile *B* 83. coclear *A*³ *rel.*, clocleare
*A*¹ scripuli quae *BC* 84. Attico *C* dicenda *recen-*
tior manus in A 85. *facies A*³ *rel.*, *om. A*¹ urnam]
 una *C* 86. quem conficit] quae confit *C* hac *A*³*B*,
 hanc *A*¹, ac *C* maior *A*³ *rel.*, maioris *A*¹ nulla est
ante maior legitur in B 89. artaba *A*³ *rel.*, arta ua *A*¹
 superest *A*¹, superat *A*³ *rel. vulgo* 90. modiis *A*¹*B*,
 modios *A*³, modii *C* explebitur *A*³*rel.*, explebit *A*¹ 91.
 ueteris *A*, *om. BC* perhibere] coniuere *B*, cohibere *C*
 93. besen *A*¹, besem *A*³ addet *vulgo* 94. plendas *A*¹,
*corr. A*³ lyei *A*, liei *B*, lyei *C* 95. oliuae *A*¹, oliui
*A*² *rel. vulgo* 96. Sed libramque *C* bilibri] libri *B*,
idem C ante superesse 97. asensu *B*, assensu *C* fa-
 cilis *C*, qui *om. sunt relicto vacuo spatio* 99. putei *BC*
 fonte *A*² *rel.*, forte *A*¹

- 100 manantes par pondus habent, non denique vina
 quae campi aut colles nuperve aut ante tulere.
 quod tibi mechanica promptum est deprendere Musa.
 ducitur argento tenuive ex aere cylindrus,
 quantum inter nodos fragilis producit harundo,
 105 cui cono interius modico pars ima gravatur,
 ne totus sedeat totusve supernatet undis.
 lineaque a summo tenuis descendat ad imam
 ducta superficiem, tot quae aequa in frustra secatur
 quot scriplis gravis est argenti aerisve cylindrus.
 110 hoc cuiusque potes pondus spectare liquoris.
 nam si tenuis erit, maior pars mergitur unda;
 si gravior, plures modulos superesse notabis.
 quod si tantumdem laticis sumatur utrimque,
 pondere praestabit gravior; si pondera secum
 115 convenient, tunc maior erit quae tenuior unda est;
 ac si ter septem numeros texisse cylindri

100. manantes A^2B , manentes A^1C 101. aut tante
 C 102. mechanica A^2 rel., mecanica A^1 deprehen-
 dere C 103. ducitur A^3B , dicitur A^1C argenti vulgo
 tenuive A^2 rel., tenuesue A^1 cylindrus A (et sic infra)
 104. arundo B vulgo 106. ne] nec A^1C , neu A rec. su-
 pernatat C 107. descendat AB^2 , descendet B^1 , descen-
 dit C ima BC 108. Ductam B superficie BC tot-
 que aequa A^2 , tot aequa A^1 , totidemque aequa A^3 , totq:
 que B , tot quo quā C frustra C secetur B 109.
 scriplis BC cylindrus AC 110. potest C 111. si
 A^2 rel., om. A^1 pars om. BC mergitur A^2C , pergitur
 A^1 , submergitur B . 112. si grauior A^1 , sin grauior A^2
 rel. modulus superesse A^2 rel., modulatus suo peresse
 A^1 113—115. hos versus post vs. 118 poni iubet Christ.
 113. quod A , ac BC , aut vulgo tantundē B 114. pre-
 stabit BC pondera] pondere C 115. Conueniunt BC
 116. ac si A^1 , at si A^3 , quodsi BC vulgo septem A^3 rel.,

hos videas latices, illos cepisse ter octo,
 his dragma gravius fatearis pondus inesse.
 sed refert aequi tantum conferre liquoris,
 ut dragma superet *gravior*, quantum expulit undae 120
 illius aut huius teretis pars mersa cylindri.
 haec de mensuris, quarum si signa requires,
 ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.

Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
 argentum fulvo si quis permisceat auro, 125
 quantum id sit quove hoc possis deprendere pacto,
 prima Syracusi mens prodidit alta magistri.
 regem namque ferunt Siculum quam voverat olim
 caelicolum regi ex auro statuuisse coronam,
 conpertoque dehinc furto — nam parte retenta 130
 argenti tantundem opifex immiscuit auro —
 orasse ingenium civis, qui mente sagaci,
 quis modus argenti fulvo latitaret in auro,
 repperit inlaeso quod dis erat ante dicatum.
 quod te, quale siet, paucis, adverte, docebo. 135

septies A^1 humeros BC (*idque B ante septem*) cilin-
 dri AC^1

117. caepisse BC 119. equi B 120. dragma su-
 peret *gravior* A^3 , dragma superet sua A^1 , *gravior* superet
 dragma BC , gr. s. drachma *vulgo* undę A^1BC , undas
 A^3 121. mensa B cilindri A 122. si] tu C re-
 quiris B 123. cartis B 126. hoc ABC , id *vulgo* pos-
 sit BC deprendere A^2B , reprehendere A^1 , deprehendere C
 127. syracusi A^1B , syracusii A^2 , siracusii C mens alta
 prodidit A^1 , corr. A^2 prodiit C 128. Rege C siculo
 quā moverat olim C 130. Comperto dehinc BC forto
 A retentam A , recepta C 131. tantundem argenti
 ABC inmiscuit B 133. modus A^2 *rel.*, minor A^1
 134. illaeso B diis B dicato C 135. siet] sit et C

- lancibus aequatis quibus haec perpendere mos est
 argenti atque auri quod edax purgaverit ignis
 impones libras, neutra ut praeponderet, hasque
 summittes in aquam: quas pura ut ceperit unda,
 140 protinus inclinat *pars* haec quae sustinet aurum;
 densius hoc namque est, simul aëre crassior unda.
 at tu siste iugum mediique a cardine centri
 intervalla nota, quantum discesserit illinc
 quotque notis distet suspenso pondere filum.
 145 fac dragmis distare tribus. cognoscimus ergo
 argenti atque auri discrimina: denique libram
 libra tribus dragmis superat, cum mergitur unda.
 sume dehinc aurum cui pars argentea mixta est
 argentique meri par pondus, itemque sub unda
 150 lancibus impositum specta: propensior auri
 materies sub aquis fiet furtumque docebit.
 nam si ter senis superabitur altera dragmis
 sex solas libras auri dicemus inesse,
 argenti reliquum, quia nil in pondere differt

136. haec *A*² *rel.*, et *A*¹ 137. purgauerat *B*¹ 138.
 imponas *C* neutra *A*¹ (*corr. m. rec.*), neutro *BC* \bar{p} po-
 nere *C* 139. Sūmitis *C*, submittes *vulgo* quas] quam
BC coeperit *C* 140. pars *A*²*B*, par *C*, om. *A*¹ 141.
 nanq: *C* simul aëre] similare *B*, simulari *C* crassior *A*³,
 grassior *A*¹, crassius *BC* 142. a *A*¹, in *A*³*B*, om. *C*
 143. discerpserit *BC* 144. quotque *A*² *rel.*, quodque *A*¹
 filum *A*³ *rel.*, filo *A*¹ 145. cognouimus *BC* 146.
 libras *C* 148. dehinc] hinc *BC* mixtast *A* 149.
 meri] metri *C* par *A* *rec. rel.*, pars *A*¹ itemque *A*²
rel., idemque *A*¹ 150. impositum *A*³ *rel.*, imposuit *A*¹,
 imposuitis *A*² specta *A*³ *in marg.*, petua *A*¹, expecta *B*,
 exspectare *C* 151. sub aquis fiet *ABC*, subsistet enim
vulgo docebis *A* 152. ter senis] terrenis *C* 'superabi-
 tur *A*³ *rel.*, superabit ut *A*¹ 154. quā nihil in pondera *C*

argentum argento, liquidis cum mergitur undis 155
 haec eadem puro deprendere possumus auro,
 si par corrupti pondus pars altera gestet.
 nam quotiens ternis pars inlibata gravarit
 corruptam dragmis sub aqua, tot inesse notabis
 argenti libras, quas fraus permiscuit auro. 160
 pars etiam quaevis librae, si forte supersit,
 haec quoque dragmarum simili tibi parte notetur.

Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum
 ars docuit, quam tu mecum experiare licebit.
 ex auro fingis librili pondere formam, 165
 parque ex argento moles siet: ergo duobus
 dispar erit pondus paribus, quia densius aurum est.
 post haec ad lancem rediges pondusque requires
 argenti, nam iam notum est quod diximus auri,
 fac et id argento gravius sextante repertum. 170
 tunc auro cuius vitium furtumque requiris
 finge parem argenti formam pondusque notato:
 altera quo praestat leviorque est altera moles
 sit semissis onus: potes ex hoc dicere quantum
 argenti fulvo mixtum celetur in auro. 175
 nam quia semissem triplum sextantis habemus,
 tres inerunt auri librae, quodque amplius hoc est,

155. in liquidis cum uergitur *C* 156. deprehendere *B*,
 deprehendere *C* 157. par] pars *C* corrupto *vulgo ante*
Endlicherum pars *om. et in marg. add. A¹* 158. ternis]
 ter senis *B* pars *om. C* inlibato *A*, illibata *B* 160.
 aqua mox esse *B*, aqua totiens eē *C* 160. auro] *hic de-*
sinit C 161. librae quaevis *vulgo* 163. aquis] *hic de-*
sinit B 167. densior auro *libri, corr. Christ. Mus. Rh. XX*
p. 73 169. auro *typhotheta apud Endlicherum, certe non*
codex (conf. Endlicheri notam) 170. fac et *Denisius, fac-*
que A 171. requires *A¹* 174. honus *A¹*

quantumcumque siet, fraus id permiscuit auro.
 causaque, cur ita sit, prompta est, si discere verum
 180 non pigeat veterumque animos intendere chartis.
 nam si disparibus numeris accesserit idem,
 servat inaequales itidem, tantumque manebit
 discrimen quantum fuerat prius, idque notabis,
 sive in temporibus quaeras, seu pondera rerum
 185 seu moles spectare velis spatiumque locorum.
 quare diversis argenti aurique metallis,
 quis forma ac moles eadem est, par addito pondus,
 argento solum id crescit, nihil additur auro.
 sextantes igitur quos tu superesse videbis,
 190 in totidem dices aurum consistere libris,
 parsque itidem librae sextantis parte notetur.
 quod si forte parem corrupto fingere formam
 argento nequeas, at mollem sumito ceram.
 atque brevis facilisque tibi formetur imago
 195 sive cybi seu semiglobi teretisque cylindri,
 parque ex argento simuletur forma nitenti,
 quarum pondus item nosces. fac denique dragmas
 bis sex argenti, cerae tres esse repertas:
 ergo in ponderibus cerae argentine liquebit,
 200 si par forma siet, quadrupli discrimen inesse.
 tum par effigies cera simuletur eadem
 corruptae, cuius fraudem cognoscere curas.
 sic iustum pondus quod lance inveneris aequa
 in quadruplum duces; quadrupli nam ponderis esset,
 205 si foret argenti moles quae cerea nunc sit.
 cetera iam puto nota tibi — nam diximus ante —
 quo pacto furtum sine aquis deprendere possis.
 haec eadem in reliquis poteris spectare metallis.

179. causa cur *A*194. atque *Endlicherus*, aequae *A*

121. *Carmen de librae sive assis partibus.*

(Vide prol. § 119.)

Libra vel as ex unciolis constat duodenis.
 uncia de libra linquet subtracta deuncem,
 et sextans, hoc est *eadem* geminata decuncem;
 hinc quadrans, haec scilicet ipsa ter acta, dodrantem;
 inde triens, ipsius quadruplicatio, bessem; 5
 quincunx septuncem, quae sat sua pondera produunt;
 semis semissem, medium dum dividat assem.
 nec vacat unciolae mediam sescuncia iungens.
 uncia viginti scripulos et quattuor ambit.
 dimidium stater ac semuncia dicitur eius. 10
 terna duae sesclae pars est eademque duella;
 quarta siclus vel sicilicus vel denique sicel.
 sextula sexta modo solet et modo sescla vocari.
 octavam appellant dragmam vel rarius olcen;
 et duodenariam mediam sesclam vocitarunt. 15
 vigenam quartam scripulum seu gramma retentant.

1. Libralis as *codex apud Bu* ex] vel *Thu* 2.
 linquit *BuAng* subiecta *Ang* 3. hoc est eadem *Bu*,
 hoc est *A*, haec scilicet est *Ang* decuncem] deuncem
Bu 4. hinc] hic *Thu* ipsa ter acta *A*, ipsant acta
Thu, ipsa tetracte *codex apud Bu*, ipsa retracta *Bu* 5.
 bissem *A Thu*, bisse *Bu* 6. quincust *cum obliquo ductu*
per st A septunsem *A*, septus semis *Bu* quae] quod
Ang; legendum videtur qui 7. mediam *Thu* dum] *immo*
cum dividit *BuAng* 8. nec] haec *Thu* unciole *A*
 sescuncia *Thu*, sexcuncia *A*, secuncia *Bu* 9. viginti]
 XX *A* quattuor *ABu* 10. stater ac *A*, staterae *Bu*,
 stat ac *Ang* 11. duae sesclae *Thu*, duae sescle *A*, duc
 seseclae *Bu* pars *AThu*, par *Bu* 14 drachmam et
 holcen *Ang*. 15. sesolam *A* 16. scripulum *A*, scri-
 pulus *rel.*

- unus item scripulus calcis componitur octo.
 dimidium scripuli est obolus; pars quarta cerates.
 hic sextam fingi placuit siliquamque vocari.
 20 ultimus est calculus ciceris duo granula pensans.

122. *Vetus versio tractatus Epiphaniiani de mensuris
 et ponderibus.*

(Vide prol. § 120.)

DE MENSURIS.

- 5 1. Chorus dicitur a similitudine collis. coacervati
 enim modii XXX instar collis onus cameli efficiunt.
 2. Lethec Hebraeorum lingua vocatum est, quod
 est onus eo quod unus iuvenculus XV modia vel or-
 dei vel tritici valeat supportare, atque ex eis asini onus
 10 éfficere. in Ose propheta dicitur 'quia mercedem
 mihi assumsi lethec ordei'. in exemplaribus autem
 iacet gomor ordei; at idem vero conducit. denique
 eadem XV modiorum quantitas gomor maius vocatur.
 3. Baddus efficitur L sextariis. vocatur autem
 15 baddus derivatum ab Hebraica lingua simili nomine
 ab olearia mola quae vel bethuel badda nominatur,
 capiens L sextaria.
 4. Mnasis a Cypriis mensuratur atque ab aliis
 gentibus. sunt autem X modii tritici sive ordei ad

17. caliis *Thu* 18. est *habent AThu, om. Bu* ce-
 ratos *Bu* 19. hinc *coni. Orellius* fingi sextam *Thu*
 vocare *Thu* 20. pensans *A*

5. ceacervati *A* 7. lethaec ebraeorum *A* 8. mo-
 dios *LeM* 9. suportare *A* 15. *post* baddus *add.* vo-
 catur *A* simile *A*; *legendum videtur* simile nomine olea-
 riae molae 16. que *A* 18. cipriis *ALeM* mensura
 est *LeM*

illum modium qui apud Cyprios XVII sextariis adimpletur.

5. Medimna apud eos V modiorum est. Afri vero ac Siculi quattuor semis metiuntur hanc modiis.

6. Satus modius est cumulatus, ita ut modio adiectus quartae suae mensurae cumulus quinta eum sui parte superare caeteros faciat.

7. Modius iustus est sextariorum XXII.

8. Cabus pars est modii quarta.

9. Choenix et oephi una quidem mensura est, sed 10 duplici nomine nuncupatur. sunt autem sextaria duo et aliquantula insuper pars.

10. Drax aleuru tantum farinae est quantum sumi manus digitis potest. simplex vero est cunctisque manifestus. 15

11. Artaba mensura est apud Aegyptios sextariorum LXXII. eundem vero modum secundum scripturam continet et metreta mensura.

12. Tres mensuras quas praecepit Sarrae Abraham, ex quibus subcinericium panem fieri iussit. 20 harum quaeque gomor mensuram continet.

13. Gomor autem decima pars est mensurae maioris, id est artabae, quae fit sextaria VII et pars unius sextarii quinta.

1. ciprios *ALeM* 3. Medimnus *LeM* vero ac] et *LeM* 6. quarte *A* 7. ceteros *LeM* 9. Cauus *A*, sed eadem manus ex u fecit *B*, Camus *LeM* 10. Coenix *ALeM* 11. duplici *A* 13. aleura *A*, aleurae *LeM* farine *A* sumi] summis *A*, quod si verum est, infinitivus excidit 18. mensuram *ALeM* 19. precepit sarre *A* 20. supcinericium *A*, supercinericium *LeM* 21. arum quaeque *A* mesure *A* 23. que fit *A*, quod habet *LeM*

14. Cana canistros appellant, in quibus solet reponi quaedam tritici species in duo divisa, quam chondrotos vocant.

15. Nebel vini mensura est sextariorum XL.

5 16. Batus L sextariorum est capax.

17. De alabastro unguenti. siquidem vocatur ampulla olei, unius autem librae in eo pensus existit. mensura vero est medium sextarium. alius autem dicunt Graeci sal, et ab alate, id est a sali, est appellatum alabastrum eo quod ampulla vitrea salis instar facile conteratur.

18. De capsaci, quae his quidem duodecim sextariorum solet esse mensura. nihilominus vero aequivoce huic capsaci appellatur et ille qui Eliae praeparatus est, cum sextariorum non plus sit ipse quam quattuor.

19. De stamno. hic quoque urna sextariorum IV est.

20. De cotyla. cotyla est emina quae ita idcirco vocatur, quia [per] Graeco sermone incisio nominatur, et emina sextarium in duo aequa incidit.

21. De cytho. hic est pars sexta sextarii.

22. De medecoth. isto nomine ab scriptura cyathi appellantur.

25 23. De masmaroth, quae veculatoria dicimus; in-

2. quedam *A* species indivisa *LeM* 5. Satus *LeM* 7. in ea *LeM* existit *LeM* 9. greci *A* alute *LeM* 13. mensura *A*, mensurae *LeM* nihilominus *A* equivoce *ALeM* 14. appellatus *LeM* heliae *A*, helice *LeM* 16. quattuor *LeM* 17. orna *A* 20. greco *A* 22. sextarii sexta *LeM* 23. medecotho *LeM* scripture *A* cyatti *LeM* 25. que *A*, quod *LeM*

terdum vero et ithmoe eodem nomine vocitantur, quod eundem compleant usum.

24. De tryblio. hic apud Latinos in passione Domini parapsidis dicitur; est autem quadrangulum et quadrilaterum vas aequa eminae mensura. 5

25. Sextarius tamen Alexandrinus duas capit olei libras.

26. De aporyma et sato. aporyma apud solos Thebanos mensuratur, quae est medietas sati; satus autem verus sextariorum viginti et duorum est. 10

27. De sapyti. hoc Syriacum nomen est, quod interpretatur de torculari hauriens vas. apud Ascalonitas. est sextariorum XX et II.

28. De in. in maius sextariorum est XVIII. sed aereum vas est. in vero sanctum XV sextaria com- 15
prehendit.

29. Chus VIII sextariorum est. quod autem vocatur sanctum, sex tantum sextaria continet, quae est duodecima pars metretae.

30. Talentum super omnia pondera quibus alia 20
appenduntur excellit. existit vero CXXV librarum. †sexcentae millesimae vero talenti partes assaria nominantur. LX vero assaria denarius nominatur. C

1. ithmos *LeM*, ἰθμοῦς *Epiph. vol. I p. 263, 24* 3. triblio *ALeM* dñm *A* 4. paropsis *LeM* 5. aequae *LeM* 6. alexandrinus *A* capit olei] capitoles *A*, capitales *LeM* 8. aporyma *ALeM* stato *A* aporyma apud usque ad 11. sapyti om. *A* 11. Siriacum *LeM* 12. auriens *ALeM* 15. scñ *A*, item vs. 18 XV *A*, XVI *LeM*, θ' *Epiph. p. 264, 9* 19. metrete *A* 22. sexcente millesime *A*; lege sexies millesimae parentes *A* asaria *LeM*, item posthac, 23. LX] X *A*; vide prol. § 120 extr.

vero denaria argyros, id est argenteus existebat. ab initio vero unum nomisma unus argenteus erat. hoc autem ab Assyriis coepit. dicunt enim quod Abraham in terram Chanaan hanc advexerat formam. talenti 5 autem [centesima vicentesima quinta] pars CXXV I libra est.

31. Libra habet uncias XII.

32. Uncia habet stateres duos.

33. Stater vero, qui est medietas unciae, duas 10 didragmas habet.

34. Quadrans autem vocatur et siclus; sed siclus quarta pars unciae fuit, at stateris medietas, dragmas continens duas.

35. Dragma siquidem fuit octava pars unciae. 15 vocabatur autem dragma et olce, quod eiusdem subsisteret ponderis, quod ideo dixerim, quia legitur capillus Abessalom per tempora quibus tondebatur fuisse appensus habens †ponderis CXXV siclorum, quod est unciarum XXX unius et sicli unius, id est librarum 20 duarum semis unciae unius et sicli unius.

36. Obolus et ipse in argenteis formabatur, qui erat et ipse octava pars unciae, non ex argento facta sed ferro. erat vero et alter obolus, qui ex argento feriebatur, quasi solidus quidem, qui tam minutissimus 25 erat, ut †XXXma pars unciae esset. dicitur namque in Levitico ita 'didragma vero XX sunt oboli';

1. argenteos *A* 4. Chanaan *LeM* 5. CXXVI
 libra *A* 10. didrachmas *LeM* 12. at] ad *A* drachmas *LeM*, sic etiam posthac 14. Drachma etiam *A* ex sil.
 15. dracma *A* oloe *A* 17. fuisset *A* 18. ponderis] lege pondus coll. *Epiph. p. 265, 21* 19. id est] idem *A*
 21. et ipse — 22. argento *om. A* 25. lege LXXXma
 26. didracma *A*, didrachma *LeM*, item uterque *p. 105 vs. 1*

quia vero didragma pars quarta sit unciae, ante docuimus.

37. Aegyptii autem hos aeneos fieri adinvenerunt, quorum forma argenteis differens non est. unde apud Alexandrinos argentea aerea nominantur, quod aes 5 sicut dragma VIII pars unciae est.

38. De mna. mna prout dicatur mani hebraice, siquidem manis argenteus nominatur. mna vero Italica XL stateres habet, item uncias viginti, quod fit libra una et duae tertiae librae unius. 10

39. Item de argenteis, de nummis, de miliarensibus. argenteorum vero multae circa quodque tempus figurae percutiebantur. qui apud Latinos a Numa Romanorum rege nummi vocantur, qui coepit ferire pecuniam. bis aureum vero antiqui vocabant argentei 15 medietatem, id est dichryson. argentea vero sunt quae militarensia vocant a militibus, quorum sunt munera, derivando. nam corrupto postea nomine miliarensia dici coepere quae prius militarensia vocabantur. dumque extinctus fuisset illius temporis 20 rex, cuius solidus erat in hoc bis aureo figuratus, damnata eius pecunia reprobata nominata est.

40. De folli. follis qui et ballantion, id est sacculus, a duplicatione nominatur; duo namque sunt et semis argentei, qui faciunt minutos denarios †duo. 25 follis autem secundum denariorum pondus ac numerum, non secundum metalli meritum.

3. Χαλκοί. τούτους οί Αιγύπτιοι *Epiph. p. 266, 9*
 eneos *A* 7. hebraicae *A* 9. idem *ALeM* 10. libre
A 12. multe *A* 13. figure *A* 14. qui *om. A* 16.
 dichryson *ALeM* 17. que *A* 18. numera *A* 19. ce-
 pere *A* que *A* 20. dum quod *LeM* 25. duo] *cf*
Epiph. p. 267, 5, cv' libri p. 145 adn. 4 citati

41. De mari, de hydria, de cypro, de choenice. maris idem quod cypros mensura est apud Ponticae provinciae homines, quae continet hydrias duas. hydria vero apud eos est sextariorum decem, ita ut sit
 5 maris idemque cyprus XX sextariorum Alexandrinorum. cyprus apud eosdem Ponticos est seminum mensura siccorum, capax hydriarum duarum, idem continens minora modia duo, quae apud eos choenicum quinorum esse dicuntur. choenix vero apud eos
 10 duo sextaria continet, ita ut sit cyprus sextariorum XX. nam modius eorum maior sextariorum XX et III capax est.

42. De collatho. collathus est apud Syros medium sati in liquidis, quod est sextariorum XXIII.

15 43. De congiario. congiarium mensura est liquorum, cuius et res simul et nomen a Romanis positum constat. hanc vero mensuram in descriptione historiarum circa singula tempora tam Eusebii quam aliorum qui similis exstiterunt materiae conscriptores
 20 poteris invenire.

123. *Ex Isidori etymologiarum libro XV caput XV.*

XV. DE MENSURIS AGRORUM.

1. Mensura est quidquid pondere capacitate longitudine altitudine latitudine animoque finitur. maiores
 25 itaque orbem in partibus, partes in provinciis, provincias in regionibus, regiones in locis, loca in ter-

3. que *A* 6. ponticus *A* 8. que *A* 9. quinque
LeM coenix *A* 13. collatus *ALeM*

23. quicquid *BCv* 26. regiones] Regionibus *A*

ritoriis, territoria in agris, agros in centoriis, centoria in iugeribus, iugera in climatibus, climata in actus, actus in perticas, perticas in passus, passus in gradus, gradus in cubitos, cubitos in pedes, pedes in palmos, palmos in uncias et digitos diviserunt. 5
 tanta enim fuit illorum sollertia.

2. Digitus est pars minima agrestium mensurarum.

3. Inde uncia habens digitos III.

4. Palmus autem quattuor digitos habet, pes sedecim. 10

5. Passus pedes quinque.

6. Pertica passus duo id est decem pedes. pertica autem a portando dictum quasi portica. omnes enim praecedentes mensurae in corpore sunt, ut palmus pes passus et reliqua: sola pertica portatur. est 15
 enim decem pedum ad instar calami in Ezechiello templum mensurantis.

7. Actus minimus est pedum IIII latitudine, longitudine CXL.

1. cent^uoriis cent^uorias *B*, centuriis centurias *Cv* 3. acetus Acetus in perticas *A* 3—5. actus in perticas etc.] perticas passus (passos *B*¹) gradus (grados *B*¹, om. *C*) cubitos (cubitus *B*²*C*²) pedes palmos (palmas *B*¹) uncias et digitos *BCv* 4. gratus in cub. *A* 5. diueserunt *A*, diuiderunt *C* 6. eorum *BC* 7. menima *A* agrestiam *B*¹ 8. habet *B*²*C*² digitus *B*¹, ut videtur 9. quatuor *Cv*, itemque infra pes] pedes *B*¹ sedecem *A* 12. duos *BCv* decem pedes] dece *A*, pedes decem *BCv* 13. dicta *BCv* 15. pas *C* portatur pertica *C* 16. decem peduum *A*, decim pedum *C*, pedum decem *B*(?)*v* ad om. *B* Ezechiele *B*²*v* 17. templū *B* 18. menimus *A* peduum *A*

8. Climata quoque [undique] versum pedes ha-

LX

bent LX, ita LX LX.

LX

9. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX,

CXX

ita CXX CXX. hunc Baetici arapennem dicunt,

CXX

5 ab arando scilicet.

10. Actus duplicatus iugerum facit. ab eo quod est iunctum iugeri nomen accepit.

11. Iugerum autem constat longitudine pedum

CCXL

CCXL, latitudine CXX, ita CXX iugerum CXX.

10 12. Actum provinciae Baeticae rustici [†]agnos vocant.

13. Porcam idem Baetici XXX pedum latitudine

1. climmata C habet C 2. LX (ante ita)] sexaginta BCv 3. fiitur A, sed latere videtur sub t vestigium litterae n centum viginti BCv 4. betici A, pedici B[†] arapenne A 9. ducentorum quadraginta latitudine centum viginti BCv figuram sic exhibet A:

CXX

CCXL

CCXL iugerum CCXL, eandem C: CXX scotrū CXX;

CCL

CCXL

idem in marg.: CXX · CXL sgoirū CXL; magis etiam cor-

CCL

rupta scriptura in B 10. beticae et 12. betici A agnus C[†], agnum BC², agnam Columella 12. parcam B baetici triginta BCv

LXXX

et longitudine LXXX dicunt: XXX XXX. sed porca quod in arando extat: quod defossum est lira.

14. Caudium appellant Galli in areis urbanis spatium centum pedum, quasi centetum. in agrestibus autem pedes CL quadratum iustum caudium 5 vocant.

15. Centuria autem ager est ducentorum iugerum, quae apud antiquos a centum iugeribus vocabatur, sed postea duplicata est nomenque pristinum retinuit. in numero enim centuriae multiplicatae, sed nomen 10 mutare non potuerunt.

124. . *Ex eiusdem libri capite XVI.*

XVI. DE ITINERIBUS.

1. Mensuras viarum nos miliaria dicimus, Graeci

1. et LXXX longitudine definiunt *BC* in figura pro XXX *A* utroque loco habet *XU*, unde *XV C*; sed recte XXX *B* 2. porca] porca est *BC*², pota est *C*¹ quod *AB*¹*C*¹, quae *B*²*C*² lira *C*¹, lyra *A*, liram *B*¹, libram *B*²*C*² 3. Caudium appellant Galli] quo alli caudium appellant *B*¹, quo galli caudium appellant *B*², quod alli gaudetum appellant *C* 4. spatii *A* et ante quasi add. *B* 5. quadratum *A* pedes *C C* pedum // et *L* quadratorum iustum caudium *B*, pedes *CL* quadratorum iustum caudetum *C* 6. post vocant *BC* addunt: porro stadialis (stadialis *B*) ager habet passus *CXXXV*, id est pedes *DCXXXV*, cuius mensura octies computata (conpotata *B*¹) miliarium facit qui constat quinque milia pedibus (?) 7. centurio *ABC* ager est] ager est *B*, est ager *Cv* ducentorum *A* 8. qui *ABC* apud *BCv* a centum] centum *BC*², *C* a *C*¹ vocabantur *A* 9. post est add. mensura *BC* retenuit *AB* 10. sed] sunt *BCv* 14. miliario *B*¹ greci *A*

stadia, Galli leuvas, Aegyptii †signes, Persae parasangas. sunt autem proprio quaque spatio.

2. Miliarium mille passibus terminatur. et dictum miliarium quasi mille †adium, habens pedes V milia.

5 3. Leuva finitur passibus I D.

4. Stadium octava pars miliari est, constans passibus CXXV. hoc primum Herculem statuuisse dicunt eumque eo spatio determinasse quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac proinde stadium appellasse, 10 quod in fine respirasset simulque et stetisset.

125. *Ex Isidori libro XVI caput de ponderibus (XXV).*

XXIII. DE PONDERIBUS.

1. Ponderum ac mensurarum lubet cognoscere 15 modum. nam omnia corporalia, sicut scriptum est, a summis usque ad ima in mensura et numero ex pondere disposita sunt atque formata. cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit; suum quoque regit omnia pondus.

20 2. [Prius legitur Moyses invenisse.] Primus Phi-

1. leugas B¹ aegypti ABC signes] lege schoenos parasangas B¹. 2. queque A, qu//que B, cum superscr. o a m. sec. 4. mille//æum B quinque BCv 5. mille quingentis BCv 6. Sstadium A miliarii BCv 7. hoc B, hunc ACv hercōlem B 9. spū conficisse A appellasset B 13. XXV BCv 14. iubat B¹C, iuvat B²v cognoscere A 15. omnia add. sup. līn. C 16. a summis usque] admissisque B¹ imum BC², imam C¹ mensuris, sed litterae ris obductae et ra superscr., A ex] et BCv 17. adque B¹ 20. Prius — invenisse] v. praef. crit. primon et corr. primū C fiton A, fidon BC

don Argivus ponderum rationem in Graecia constituit; et licet alii antiquiores extiterint, sed iste hac arte experientior fuit.

3. Ponderus dictum eo quod in statera libratum pendeat. hinc et pensum. abusive autem pondus 5 libra una est. unde etiam dipondius dictum est quasi duo pondera, quod nomen adhuc in usu retinetur.

4. Trutina est geminas ponderum lances aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, sicut momentanea pro parva modicaque 10 pecunia [haec et moneta vocata]. ea et statera nomen ex numero habens, quod duobus lanciis et uno in medio stilo librata aequaliter stet.

5. Campana a regione Italiae nomen accepit, ubi primum eius usus repertus est. haec duas lances 15 non habet, sed virga est signata libris et unciis et vago pondere mensurata.

6. Examen *est* filum medium quo trutina et statera regitur et lances aequantur, unde et in lanciis amentum dicitur.

20

1. argib^us B greciam A, gretiã C 2. ista A 4. statere AB¹ 5. pendiat C pinsum A 6. dictus BC^v 8. est om. C gemina ABC lanciis B¹C aequale A 10. appenda A, adpendenda C momentana BC^v 11. monita A 12. duabus B^v lanciis A, lancibus BC^v 13. filo vulgo post librata A add. in medio stet, sed ea obducta 14. § 5 post § 6 poni iusserunt correctores in B et C numeros adscribentes, et sic vulgo legitur italis C 15. primo B reppertus A 16. unciis A 18. est om. A quod B trutina et] trudine A, trutinæ BC^v 19. inter et ac lances A add. lances aequantur, sed ea obducta lanciis AB¹, lanciis B²C, lancibus vulgo

7. Unicuique autem ponderi certus est modus nominibus propriis designatus.

8. Calcus, minima pars ponderis, quarta pars oboli est constans lentis geminis granis. appellatur
5 autem calcus, quod sit parvus, sicut et lapis calculus, qui adeo minimus est, ut sine molestia sui calcetur.

9. Siliqua vicensima *quarta* pars solidi est, ab arbore cuius nomen est vocabulum tenens.

10. Ceratim oboli pars media est habens siliquam unam semis. hunc latinitas semiobolum vocat, ceraten autem graece. [latine siliqua cornuum interpretatur.]

11. Obolus siliquis tribus appenditur, habens
15 ceratim duos, calcus IIII. fiebat enim olim ex aere ad instar sagittae, unde et a Graecis nomen accepit . . . , hoc est sagitta.

12. Scripulus sex **siliquarum** pondere constat. hic apud Graecos **gramma** vocatur. scripulus autem
20 dicitur per diminutionem a lapillo brevi qui scrupus vocatur.

1. est] e B¹ 4. lintis, sed e super prius i, B 5. paruulus BC calculus A, idem B, sed u superscr. 6. qui adeo] corrector in C superscripsit quia ideo 8. Siliqua A uicesima B quarta om. A soledi A 9. post cuius intercuisse videtur Graecum κερατέα semen BCv uocabulum A 10. seliquam A 11. ceratim C 12. autem] corrector in C superscripsit vero seliqua A 15. calcos B^{2v} quatuor BCv 16. grecis ABC nomen a grecis accepit BC post accepit intercudit Graecum ὀβολός 18. scripulus B sex] ex B²C¹ seliquarum A 19. apud BCv grecos A scripulus A dictus BCv 20. scripus C


13. Dragma octava pars unciae est et denarii pondus argenti, tribus constans scripulis, id est decem et octo siliquis. denarium autem dictum, quia pro decem nummis imputatur.

14. Solidum nuncupatum, quia nihil illi deesse videtur. solidum enim veteres integrum dicebant et totum. ipse quoque nomisma vocatur pro eo quod nominibus principum effigieque signetur: ab initio vero unum nomisma unus argenteus erat; hoc enim ab Assyriis coepit. dicunt autem Iudaei, quod Abraham in terram Chanaan primus hanc advexerit formam. solidus apud Latinos alio nomine sextula dicitur, quod his sex uncia compleatur, hunc, ut diximus, vulgus aureum solidum vocat, cuius tertiam partem ideo dixerunt tremissem eo quod solidum faciat ter missus.

15. Sextula bis adsummata duellam facit, ter posita staterem reddit.

16. Stater autem medietas unciae est, appendens aureos tres, unde et vocatur stater, quod tribus solidis stet. haec et semuncia, quia semis habet de

1. octava *A* 2. est XVIII *BCv* 3. siliquis, *sed i super e, C* 4. inputatur *BC* 5. nuncupata *C¹* quia] quod *C* illi *om. B* 7. nummisma *A*, nomisma *C* - 8. principatum *C¹* effigiesque *A*, effigiisque *BC²*, effigisque *C¹* signetur] uocatur *B* 9. nummisma *A* 10. asiriis *C* cepit *A* 11: terra *AB* chanaan *A* 12. apud *BCv* 13. his *BC*, *sed in B h punctis notatum*, bis *A* unciis *A*, uncias *B*, uncias *C* compleatur *BCv* 14. uocant *BC* 15. tremisse *B¹* 17. adsumat *B¹*, adsumpta *C*, assumpta *B^{2v}* 19. statera *C* adpendens *C* 21. semuntia *B¹*, semiuncia *B^{2v}* quia] quod *C*



uncia. hæc et semissis, quia ponderis semis est quasi semis assis.

17. Quadrantem Hebraei similiter codrantem vocant; et vocatur quadrans, quod unciae quartam partem appendeat.

18. Sicel, qui Latino sermone siclus corrupte appellatur, Hebraeum nomen est, habens apud eos unciae pondus. apud Latinos autem et Graecos quarta pars unciae est et stateris medietas, dragmas appendens duas. unde cum in litteris divinis legatur siclus, uncia est, cum vero in gentilium, quarta pars unciae est.

19. Uncia dicta, quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est complectat. constat autem dragmis octo, id est scripulis XXIII. quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scripulorum eius horas diei noctisque metitur, vel quia libram efficit duodecies computatus.

20. Libra XII unciis perficitur et inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat unciis quot mensibus annus. dicta autem libra, quod sit libera et cuncta intra se pondera praedicta concludat.

1. semisses *C* 3. codrantem] quadratem *A*, quadrantem *BC*² 4. quadrã *B*¹*C* 5. adpendat *B*¹*C*, adpendat *B*²*v* 6. corruptae *A*, correpte *C*¹ 7. hebreum *A*, //ebreum *B* apud *BCv*, item vs. 8 8. grecos *A* 9. adpendens *C* 10. legitur *BCv* sidus, sed superscr. siclus, *C* 11. in om. *B* unciae pars est *B* 13. universitate *A* 14. unciat *A* 15. VIII *BCv* scripulos *A*, scrupulis *C* 17. scripolorum *A* diaei *A* mititur *A*, meditur *B*¹ 18. efficet *A*, efficit *B* duodecies] duodem est *B* 20. quot] quod *AB*

21. Mina in ponderibus centum dragmis appenditur et est nomen Graecum.

22. Talentum summum esse pondus perhibetur in Graecis; nam nihil est calco minus, nihil talento maius. cuius varium apud diversas gentes pondus 5 habetur. apud Romanos autem talentum est septuaginta duarum librarum, sicut Plautus ostendit, qui ait duo talenta esse centum quadraginta *quattuor* libras. [est autem triplex, id est minor, medius, summus. minor quinquaginta, medius septuaginta 10 duarum librarum, summus centum viginti constat.]

23. Centenarium numeri nomen est eo quod centum librarum ponderis sit. quod pondus propter perfectionem centenarii numeri instituerunt Romani.

126. *Ex eodem libro caput de mensuris (XXVI).* 15

XXV. DE MENSURIS.

1. Mensura est res aliqua modo suo vel tempore circumscripta. haec aut corporis est aut temporis. corporis, ut hominum lignorum et columnarum longitudo et brevitatis. sed et solem istum propriam sui 20

1. m//na B 2. grecum ABC post Graecum BC
 add. quod sunt siliquae (siliqui C) IDCCC tremisses CCXXV
 solidi LXXV stateres XXV 3. peribetur in grecis A
 4. calculo C 5. uarius A apud BCv, item vs. proximo
 6. autem] enim BCv est] esse A, om. B¹ LXXII BCv
 8. centum quadraginta A, CXLIV Bv, CXLIII C 9.
 minus medium summum B²C² eademque in proximis 10.
 quinquaginta A septuaginta duarum A, LXXII BCv
 11. centum viginti A, CXX BCv 16. XXVI Cv 18.
 inscripta C¹ haec autem A

orbis habere mensuram, quod geometrici perscrutare audent. temporis, ut mensura horarum et dierum et annorum. unde et metiri pedes horarum dicimus, hoc est mensurare.

5 2. Proprie autem mensuram vocant, quo ea fruges metiuntur atque frumentum, id est humida et sicca, ut modios urnas et amphoras.

3. Mensurarum pars minima coclear, quod est dimidia pars dragmae, appendens siliquas novem.

10 [qui triplicatus conculam facit.]

4. Concula dragma una et dimidia adimpletur.

5. Cyati pondus decem dragmis appenditur. [qui etiam a quibusdam causatus nominatur.]

6. †Oxifalus fit, si quinque dragmae addentur ad
15 decem.

7. Acetabulum quarta pars eminae est, duodecim dragmas appendens.

8. Cotula emina est, habens cyatos sex. quae idcirco cotula vocatur, quia cote Graeco sermone
20 incisio dicitur, et emina sextarius in duo aequa

1. ge^ometrici B perscrutari Bv 2. ut] et AB, om. C mensuras B, mensuris C aut dierum Cv 3. metire AC 5. Propriue A mensurae B uocata BC quod Cv, quo in B 7. modius B ornas A anforas BC 8. menima A 9. dragme A seliquas ACⁱ nove A 10. triplicatus B 11. adimplet A 12. ciati BC adpenditur B¹C 13. assatus BC², catus vulgo 14. obsifalus B, oxifalus C; lege oxybaphum adduntur ad X BCv 16. Acitabulus AC², acitabulum BC¹v XII dragmas adpendens BC 18. cotyla B²C²v cyatus A, sciatos B, ciatos C 19. cotyla B²C²v quia] quod C greco A, in greco B 20. sextarii A, sextarii BCv

inciditur. emina autem appendit libram unam, quae geminata sextarium facit.

9. Sextarius duarum librarum est. qui bis adsumptus nominatur bilibris; adsumptus quater fit Graeco nomine †cenix; quinquies complicatus †quina- 5 rem sive gomor facit. adice sextum, congium reddit. nam congius sex metitur sextariis, a quo et sextarii nomen dederunt.

10. Congius autem a congiendo, id est per augmentum crescendo, vocatur. unde postea pecunia 10 beneficii gratia dari coepta congiarium appellatum est. unusquisque enim sui temporis imperator favorem populi captans adiciebat, ut largior videretur ex donis.

11. Congiarium autem specialiter mensura est li- 15 quidorum, cuius et rem simul et nomen a Romanis impositum invenimus.

12. Metreta est mensura liquidorum. haec a mensura accepit nomen, μέτρον enim mensuram dicunt Graeci, et inde appellata metreta, licet et urna et 20 amphora et reliqua huiusmodi nomina mensurarum

1. post inciditur BC add. et cot^olam (cot^yulam C) facit . adpendet B, adpendit C 3. Sextarium AB quivis B¹ 5. greco A cenix bis habet C; lege choenix quinarem] immo quinarium 7. coniugius B¹, congium B² sextarius et ab eadem manu corr. sextariis A
 9. Congium ACv, congi^o B ad congiendo B 11. gratia] grā///// B cepta A 12. laborem A, faborem C¹
 13. languor C¹ in donis BCv 15. congiⁱarium B 17. inpositum BC 18. Metrum ABC 19. accip// C μέτρον] metro ABC² 20. greci A et post licet om. B
 anfora AB, amfora C

sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accepit.

[Metrum ad omnem mensuram pertinet; metrum enim graece, latine mensura dicitur. nam et cyatum
5 mensura est et anfora mensura est et quidquid plus minus capit mensura est. sed ideo hoc nomen specialiter sibi adsumsit, quod sit mensura perfecti numeri, id est denarii.]

13. Modius dictus ab eo quod sit suo modo perfectus. est autem mensura librarum XLIII, id est sextariorum XX duorum. cuius numeri causa inde tracta est eo quod in principio deus viginti duo opera fecerit. nam prima die septem opera fecit, id est materiam informem, angelos, lucem, caelos superiores, terram, aquam atque aerem. secunda die firmamentum solum. tertia die quattuor, maria, semina, sationes atque plantaria. quarta die tria, solem, lunam et stellas. quinta die tria, pisces et reptilia aquarum et volatilia. sexta die quattuor, bestias, pecora, reptilia terrae et hominem. et facta sunt omnia XXII genera in diebus sex. et XXII generationes sunt ab Adam usque ad Iacob, ex cuius se-

1. sunt *C*¹ numeri *A* perfectionem *AC* 4. grece *A* mensura — cyatum] *d* mensura // // // // // *C* ciatum
- *B*², citatus *B*¹, om. *C* 5. sed anfora *C* quicquid *BCv*
6. minusue *BCv* 7. adsumpsit *BC* 9. *d* *BC*² ab om. *C* perfectus // // // // // est *C* 11. XXII *BCv* 12. *d* *A* XXII *BCv* 13. primo *C* VII *BCv* operas *A* 14. coelos *BCv* 15. diae *A* 16. quattuor *BCv* seminationes atque *C* ex corr. 17. planaria *A* 17.18. trea *A*, idem *B* cum superscr. i 18. stillas *A* 19. quattuor *BCv* 20. pecodes *BC* 21. generatines *A* 22. sunt qm. *C*¹ iacop *A*

mine nascitur omnis gens Israel. et XXII libri veteris testamenti usque ad Hester, et XXII sunt litterarum elementa, quibus constat divinae legis doctrina. his igitur exemplis modius viginti duorum sextariorum a Moyse secundum sacrae legis mensuram effectus est. 5 et quamvis diversae gentes huic mensurae pondus vel adiciant ignorantes vel detrahant, apud Hebraeos constitutione divina tali ratione servatur. [modius enim a modo dictus. hinc et modica, id est moderata. modicis enim modus nomen inposuit. nam mo- 10 dica pro parvis abusive, non proprie dicimus.]

14. Satum genus est mensurae iuxta morem provinciae Palaestinae, unum et dimidium modium capiens. cuius nomen ex Hebraeo sermone tractum est; satum enim apud eos nominatur sumptio sive 15 levatio eo quod qui metitur eandem mensuram summat ac levet. est et aliud satum mensura sextariorum viginti duorum capax quasi modius.

15. Batus vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quae apud eos +valbata nominatur, capiens quinquag- 20

1. omnes gens isrl A libri veteris] litterarum B testamenti om. C¹ 2. litterarum sunt BC 4. expletis C² uigenti A XXII BCv 5. mensuram] /////ra A, mensu superscr. alio atramento 7. ignoranter C detrahunt B apud BCv hebreos A 8. constitutionē C 9. 10. id est — modica in marg. add. B², eadem B¹ habet post mensura § 14 vs. 17, eadem in C utroque loco in contextu scripta 9. moderatā B¹ 10. modicis] adicere B¹ 12. more A 13. palestinae A 14. hebreo A 15. apud BCv 16. elevatio B 17. leuit B¹ //st /// B 18. uigenti A* XXII BCv 20. post quae B add. bet et superscr. beta, C in marg. add. beta apud BCv uel bata BC (conf. vol. I p. 273, 23) quinquaginta A

ginta sextaria, quae mensura una molae vice prote-
ritur.

16. Amphora vocatur, quod hinc et inde levetur.
haec graece a figura sui [dicta] dicitur, quod eius
5 ansae geminatae videantur aures imitari. recipit au-
tem vini vel aquae pedem quadratum, frumenti vero
modios Italicos tres.

17. Cadus Graeca amphora est, continens urnas III.

18. Urna mensura est quam quidam quartarium
10 dicunt. proprie autem urna vas est, quod et con-
dendis defunctorum cineribus adhiberi solet, de quo
poeta

caelo tegitur qui non habet urnam.

19. Medimna mensura est quinque modiorum.
15 medimna autem Latina lingua vocatur, id est dimi-
dia, eo quod quinque modiis metiatur, qui est dimi-
dius numerus perfecto denario.

20. Artaba mensura est aput Aegyptios sextario-
rum LXX duorum, composita ex numero propter LXX
20 et duas gentes vel linguas quae orbem impleverunt.

21. Gomor quindecim modiorum onus appendit.

1. qua *A* mola *A* vice *om.* *C*¹ 3. Anfora *ABC*
uocata *BCv* 4. grece *A* dicta dicitur] dicitur *B*,
dicta *Cv*; *legendum videtur* ἄρον dicitur 5. recipit *B*
autem] enim *C* 6. aque *A* 8. greca *A* anfora
ABC anfora est graeca *B* continen *A* 9. Orna
A 10. orna *A* quod] quae *A* et] pro *BCv* 13.
coelo *BCv* ornam *A* 15. Medimpna *A* 16. dimitius
A 17. a perfecto *B*²*Cv*, aperto *B*¹ 18. apud *BCv*
egyptios *A* 19. LXXII *BCv* LXXII gentes *BCv*
20. inpleverunt *B* 21. XV *BCv*. unus *AC*, unanus *B*
apendit *B*¹, adpendet *C*¹, appetit *C*²

22. Corus XXX modiorum mensura completur. hic ex Hebraico sermone descendit, qui vocatur cor a similitudine collis. corea enim hebraice colles appellantur. coacervati enim modii triginta instar collis videntur et onus cameli efficiunt. 5

127. *Ex eodem libro caput de notis ponderum et mensurarum (XXVII).*

XXVI. DE SIGNIS PONDERUM.

1. Ponderis signa plerisque ignota sunt et inde errorem legentibus faciunt. quapropter formas eorum et characteres, ut a veteribus signata sunt, subiciamus. 10

2. Z littera significat dimidium obolum.

3. — virgula aequaliter iacens et porrecta simpliciter significat obolum. 15

4. = gemina virgula duo oboli sunt.

5. T Latinum significat obolos tres.

6. F Latinum significat obolos quattuor.

7. E Latinum demonstrat obolos quinque.

8. Oboli vero sex propterea characterem non habent eo quod in una dragma sex veniant, quod est pondus denarii argenti. 20

1. Chorus BC² completur BC 2. descendit A, idem BC, sed in his e superscr. cor A (v. vol. I p. 273, 7), cora Bv, cora C 3. coria C hebraicae A 4. triginta A, XXX BCv 5. camelli AB 10. errare A famas B 11. ita ut Cv 13. littera A otelum B² 14. 16. notas — et = om. B¹C² 16. geminata BCv uirgola B 17. obolos III BC 18. quattuor BCv 20. characterem BCv 21. veniunt C, idem B, sed corr. ead. m.

9. H littera significat siliquas octo, id est tremissem.

10. N Latinum significat nomisma Graecum, id est solidum.

5 11. < virgulae duae ex uno angulo a laeva in dexteram se dividentes significant dragmam, quam etiam olcen appellant.

12. ΝΓ. N Latinum adiuncta gamma Graeca significat semunciam.

10 13. Γ. gamma autem Graecae litterae o Latinum in fine adiunctum significat unciam.

14. Λ. †lauta Graecum per medium sui I Latinum adiectum *habens* significat libram.

15 15. Κ^υ. cappa Graecum circa finem cornu adiuncta V Latina significat cyatum.

16. Κ^ο. si vero o Latinum habuerit adiunctum, eminam demonstrat, quam Graeci cotilam vocant.

1. reliquas AB¹ VIII BC^v 3. nummisma grecum A 4. post solidum BC^v add. IB iota adiuncta beta significat dimidium solidum 5. leua A 6. dextram B^v devidentes A 8. N ante Latinum om. BC¹ adiuncto BC^v greca A, graeco BC^v significat semunciam in A *distincte legi non possunt, cum scriptura fere evanuerit* 9. semunciam B 10. gamme B grece A latino B, latine C, *sed in utroque ū superscr.* 11. unciam] semuncia A (*cursivae litterae non perspicuae sunt*) 12. Λ] *librae nota in A sic fere Π\;* ex BC nulla varietas ab eo signo quod Otto habet adnotata lauta AB²C, labda B¹ grecum A 13. adiunctum BC² habens om. ABC (*conf. ad p. 123 vs. 3*) 14. KV ABC kappa BC^v grecum A cornu relicto post hoc vocabulum exiguo spatio A, cornuum BC adiuncta A, adiunctum B, adiuncto C^v 15. latinum B, latino C ciatum BC 16. Ko A, KO BC^v latino^u B adiuncto^ū B 17. heminam BC^v greci A, grece C cotilē BC

17. $\Xi\epsilon$. Ξ Graecum si acceperit iunctum e Latinum, significat sextarium.

18. Ξ^o . si o Latinum adiunctum habuerit, indicat acetabulum, quod Graeci \dagger oxifalon vocant.

19. $\overset{N}{M}$. M Graecum superposita N Latina significat minam.

20. T^\wedge . T Latinum in fine habens \dagger lautum Graecum significat talentum.

21. X^o . X Graecum in dextro brachio supero o littera iuncta \dagger cenix est. 10

128. *Tabula de mensuris porrectis, quadratis, cubicis Balbi expositioni inculcata.*

(Vide prol. § 121, II.)

1. Mensurae aguntur generibus duodecim: digitis: digitus est in pede pars XVI. uncis: uncia est in pede 15 pars XII. palmis: palmus IIII. sextantibus: sextans, quae eadem dodrans appellatur, habet uncias VIII,

1. $\Xi\epsilon$ A (nisi quod Ξ uno calami ductu scriptum); alii ductus esse videntur in BC Ξ alterum om. ABC gre- cum A latinam A 2. sextarium significat C 3. Ξ^o A (conf. ad vs. 1), ΞO BCv habuerit om. BC 4. acetabulum A, idem BC, sed e superscr. greci A oxifalo B¹ 5. M alterum om. AC gre cum A superposito C, idem B cum superscr. ū latino C, idem B cum superscr. ū 6. minam] in A nihil nisi min idque aegre legi potest, mina B¹Cv, mna B² 7. T^\wedge . T] Al. A A, ϵ BC, in marg. \wedge add. C latinam in finem A lautam B²C, lapdam B¹ gre cum A 9. X^o . X] lo A, Xo C, Xo alfa B gre cum A superiori BCv 10. coniuncta BCv kenix B²C

digitos XII. pedibus: pes palmos III. cubitis: cubitus pedem semis. gradibus: gradus habet pedes II $\frac{1}{2}$. passibus: passus habet pedes V. decempedis: decempeda pedes X. actibus: actus habet pedes CXX. stadiis: stadium habet pedes DCXXV. miliariis: miliarium habet p. \bar{V} .

2. Pes prostratus sic observabitur: ducis longitudinem per latitudinem: facit embadon.

3. Pes quadratus sic observabitur: longitudinem 10 per latitudinem metiemur, deinde per crassitudinem, et sic efficit pedes solidos.

4. Pes quadratus concavus capit amforam trimodiam.

5. In centuria agri iugera CC, modii DC. in circuitu ped. \bar{VIII} DC habet. in ea pedum \bar{II} CCCC per \bar{II} CCCC, passus CCCCLXXX per CCCCLXXX, actus XX per XX, cubita ∞ DC per ∞ DC.

6. Pedes ut in cubitos redigamus, semper duco octies et sumo partem XII: erunt cubita. cubita vero 20 ut in pedes redigamus, semper duco duodecies et sumo partem octavam: erunt pedes.

129. *Mensurarum tabula quae ex libro Balbi excerpta esse dicitur.*

(Vide prol. § 121, II.)

25 1. Centuria habet ped. \bar{II} CCCC per \bar{II} CCCC, passus CCCCLXXX per CCCCLXXX, actus XX per XX, cubita ∞ DC per ∞ DC, perticas CCXL per CCXL, agnas DC per DC, decempedas \bar{LVII} DC. fiunt in

25. per] ped A 27. cubita — 28. \bar{LVII} DC] haec sic scripta in A (deletis iis quae uncis inclusa sunt): cubita

centuria acti constrati CCCC, ped. $\overline{\text{LDCCLX}}$ milia. efficit iugera CC.

2. Pes habet palmos IIII. cubitus habet pedem unum S. gradus habet ped. IIS. passus habet ped. V. ulna ped. IIII. decempeda habet ped. X digitorum 5 XVI. pertica habet ped. XII digitorum XVIII. actus habet ped. CXX, perticas XII. stadius habet ped. DCXXV. miliarius habet passus ∞ , ped. $\overline{\text{V}}$. porca habet ped. $\overline{\text{VII}}$ CC. agnua habet ped. $\overline{\text{XIII}}$ CCCC. iugerus habet ped. $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC. 10

3. Mensurarum genera sunt tria, rectum, planum, solidum. rectum est cuius longitudinem tantummodo metitur. planum est . . . cuius longitudinem et latitudinem et crassitudinem metetur.

130. *Ex libro de iugeribus metiundis.* 15

Kastrensis iugerus quadratas habet perticas CCLXXXVIII, pedes autem quadratos $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC, id est per latus unum perticas XVIII, quae in quattuor latera faciunt perticas LXXII. habet itaque tabula una quadratas perticas LXXII. si ergo fuerit 20 ager tetragonus isopleurus, habens per latus unum perticas L, ita eum metiri oportet, ut sciamus quot iugera habeat intra se. duco unum latus per aliud:

mile [^{CCCC}o^{CCCC}d^{CC}C per ^{CCCC}o^{CCCC}d^{CC}C . perticas CXXL per CXXL agnas dC. per dC.] ped dLXX VII per dCCVII. in hoc pede digiti sunt XVIII non XVI. decempedas LVII dC per LVII dC

3. palmus *A* gubitus *A* 12. soledum *A* longitudinem *A* 13. verba quae post planum est interciderunt repete ex Balbo (fr. 113, 18) 16. quadratus libri *La* (v. prol. § 121 adn. 1) 22. quod *La*

fiunt perticae $\bar{\text{II}}$ D, quae faciunt iugera VIII, tabulas II, perticas LII.

Itaque kastrensis iugerus capit K. modios III.

131.

5

DE MENSURATIONE IUGERI.

Iugerum unum pedes CCXL et in latitudine pedes C[†]. faciunt terram modiorum III.

132. *Tabula codicis Bobiensis.*

(Vide prol. § 122.)

10

1. Pondera Attica habent genera VIII.

I. Talentum.

II. Mna.

III. Libra.

IV. Uncia.

15

V. Stater.

VI. Dragma.

VII. Scripulum.

VIII. Obulus.

VIII. Siliqua.

20

2. Talentum habet mnas IX, libras Ixxx uncias VIII, uncias dcccclxviii, stateres oodccccxxv, dragmas vii dccxl, scripulos xxiii ccxx, obolos xlvi ccccxl, siliquas xcii dcccclxxx.

3. Mna habet libram I uncias IIII dragmam I, sta-

2. *huc pertinet apud La fig. 333* 7. *lege CXX*
 terra libri La 20. Ixxx viii uncias ccccclxviii cod.
 22. VII CCCXL cod. XLVI] XLV cod. 24. libr.
 cod. stateres XXII et dragma dragmas habet CXCVIII
 cod.

teres XXXII et dragmam I, dragmas habet CXXVIII, scripulos cccLXXXVII.

4. Libra habet uncias XII, stateres XXIII, dragmas XCVI.

5. Uncia habet stateres II, dragmas VIII. 5

6. Stater habet dragmas IV, scripulos XII, obolos XXIII, siliquas XLVIII.

7. Dragma habet scripulos III, obulos VI, siliquas XII.

8. Scripulus habet obolos II, siliquas III. 10

9. Obulus habet siliquas II.

133. *Tabula codicis Bernensis.*

1. | As unc. XII.

2. sZ Labus unc. XI.

3. sZ Dextas unc. X. 15

4. sZ Doras unc. VIII.

5. sZ Beias unc. VIII.

6. s Septus unc. VII.

7. s Semis unc. VI.

8. ZZ Quincus unc. V. 20

9. ZZ Treas unc. III.

10. Z Quadras unc. III.

11. Z Sextas unc. II.

12. -C Sescuncia unc. I et semis.

3. dragmas XCVII *cod.* 7. siliquas XLVII *cod.*

13. unc *cod. ubique* 14. *de notis assis partium vide praef.*

15. Destas *cod.* 21. *post III cod. add. | et semis*

22. *post III cod. add. | et media* 24. *de his et reliquis notis vide praef. ad § 12. 15—20. 22. 23. 28. 29. 31—*

34 *sescuncia cod. post unc. I cod. add. |*

13. ~ Uncia tantum unc. I.
 14. ₤ Semuncia media unc.
 15. ∩^v Siclosescli denr. X.
 16. ∪∪ Duo sescli dnr. VIII.
 5 17. ∩ Siclus dnr. VI.
 18. ∪ Sescli dnr III.
 19. ʒ Dimidii sescli dnr. II.
 20. ₤ Scriptulus denr. I.
-
21. — Siliqua grana ordei III.
 10 22. ∩ Scribolus siliquas VI.
 23. < Dragma scribol. III.
 24. T Argenteus scribol. C.
 25. ₤ Semuncia dragmas IIII.
 26. ~ Uncia dragmas VIII.
-
- 15 [27. ÷ Obolus medio scripulos.
 28. ∩ Scribolus II id est denr. II.]
-
29. ₤ Sestarius lib. IIS, id est duas eminas,
 30. I Emina lib. †IS et calices III. calix ciatus
 VIII.
 20 31. LS Cotilla, id est emina, ciatus XXVII.
 [32. ₤ Sestarius habet cotillas II, id est II eminas.]
 33. ∩ Cyatus < X et ∩ II. alii dicunt quod
 habet < VIII. [Cyatus et quiatus unum est quod vulgo
 dicitur plena bucca.]

1. Uncia] Un̄e cod. 3. v. praef. denr̄ cod., item
 vs. 8 et 16 4. dn̄r cod., item infra 11. 12. scribol̄
 cod. 14. Uncia om. cod. 15. 16. haec misere cor-
 rupta: vide praef. 16. id est] I ^o cod., item vs. 17. 20.
 21. p. 129 vs. 1 18. lege lib. IZ' id est calices cet.
 23. < dragmas VIII cod.

34. < *Dragma Egyptiaca*, id est faba *Egyptiaca*.
35. *Cadus* grece amphora est continens urnas III.
[*Cadus* situla.]
36. *Corus* vero modiis XXX completur.
37. *Satum* genus mensurae, qui tenet iuxta mo- 5
rem provinciae modium et S.
38. *Siliqua* folliculus leguminum.
- [39. *Simphonia* consonatio plurimorum verborum.]
40. *Siclus* solidi duo semis.
41. *Obolus* scripulum dimidium, quod facit sili- 10
quas tres.
42. *Mina*que quam *Greci* *mnam* vocant centum
dragmis appenditur.
- [43. *Tympanum* quippe est pellis in ligno extensa.]

134. *Tabula codicis Gudiani.*

15

1. *Mensurarum* genera snnt XII, *digitus*, *uncia*,
